

Author: Cannutijs, Petrus de

Editor: Massimo Redaelli

Title: Incipiunt Regulae Florum Musices per Venerandum Fratrem Petrum de' Cannutijs Potentinum Ordinis Minorum collectae ex visceribus multorum Doctorum

Source: Bologna, Museo Internazionale e Biblioteca della Musica, MS B.49, <i>-139

[Page numbers are given in accordance with the ones marked by Cannutijs himself on each page of the treatise proper. Roman numerals have been supplied for the title page and the following illustration.]

[-<ii>-] [Chi uolesse a pieno instruirsi in quanto abbiamo esposto in questi due Paragrafi, veda quanto scrisse Giovanni Vallis [[nell']] Apendix de Veterimus Harmoniis pagina 168. 169. et sequenti quale ci espone le {add. supra lin.} Opinioni dei Greci, e dei Latini antichi facendo noto [[per altro]] però, che qualche volta [[abbiate uniformato all]] [abbiamo seguito il corr. supra lin.] Sentimento degli Autori non molto a noi lontani, stanteche il loro <aliqua desunt> add. m.rec.]

[-<iii>-] [21 B 49 add. m.rec.]

INCIPVNT REGVLAE

FLORVM MVSICES

PER

Venerandum Patrem

Fratrem Petrum de' Cannutijs Potenti-

num Ordinis Minorum col-

lectae ex visceribus mul-

torum Doctorum eo-

maxime Severini

Boetij: Guido-

nis: Pitagorae: Aristosenis: Me-

tri Remigij: Franchini Mar-

chetti Mantuni: Fratris Bona-

uenturae de' Brixia: Tintoris,

et nonnullorum aliorum,

quorum nomina breuitatis causa non citamus.

MDX

[-<v>-] [Cannutijs, Regulae Florum Musices, <v>; text: PER NON ERRARE FLORES MVSICES]

[-1-] Frater Petrus Cannutius Potentinus Ordinis Minorum: Reuerendissimo in Christo

Patroni, et Domino Diacono Joanni de' Medicis Titulus Sanctae Mariae in Domnica

Diacono Cardinali dignissimo

Salutem Plurimam Dicit

Rogatus abste, et alijs quam plurimis amicis ut aliquod opus artis Musicae pro

Nouitiorum, et aliorum addicere uolentium instructione componerem quibus precibus, et

rogatu deuictus licet modicis uiribus diligentia tamen quaque potui presens opusculum

artis musices, seù de cantu plano, ex plurimorum sententijs wa qua potui industria

college, licet tremulus quia scriptum est, tu quis es, qui enarras iustitiam meam: tamen in

psalmo reperitur: accedat homo ad cor altum, et exaltabitur Deus: Et opinor profecto esse miserimum habenti à Deo gratiam intellectus posteris suis: et studiosis nihil scriptum relinquere quo possint uelut heredes ipsius intellectus aliquantulum consolari: Et si forte dicet aliquis quorsum loqueris cum totum de hac material scripserint, qui uelut alter Pitagoras artem ipsam musices illuminarunt. Dico quod inueniendis inuenta non obstant, teste Seneca in Epistolis: Et intellectus ad instar solis oritur: Scis quidem tenuia quae à me eduntur sed mihi uenit in mente quod à Pitagora saepe numero dictum existimatur hunc mundum tamquam mercatum esse in quibus uaria hinc inde exponuntur; et non omnes [-2-] easdem facultates afferent. Satis enim est quemquam pro copijs sumptum facere: Magni quidem elargiri, aut grandia prestare fortunatorum est. Edere uero quae periti non uituperant eorum est: qui in literarum studijs excellent. Non quidem ignoro plerosque futuros in quorum manibus forte huiusmodi nostrum musices opusculum peruenerit, qui ad iaculandum in nos conuitia, et maledicta comouebuntur. Sed cum hoc opusculum neminem offendat: et solum edatur ad communem utilitatem: et ut musicalis scientia aliquid suscipiat incrementi. Profecto non opinor in eo esse aliquid in quo quispiam mihi iure succenseat, si quid autem fuerit in quo forte quispiam me errare uel minus bene sentire cognouerit. Illum exoro: ut non liuoris oculis, aut detractiois studio: sed caritati uocalamo emendandum suscipiat: et rectius iudicium proferat. Fateor profecto quod presens nostrum opusculum maiori indigeret eliminatione tamen idem satis utili stilo, et quantum uirium mearum facultas suppeditauit ideodum assumpsi: Et quamuis nonnulli huius scientiae peritiores: Uberiores musices fructus in medium afferant. Recordatus tamen uerborum Diui Hyeronimi in libris regum. Optar satis esse quod unusquisque offerat quod potest, et quemadmodum in templo Dei: Alij aurum, alij argentum, et lapides preciosos: alij bismum, et purpuram offerunt. Nobiscum autem, ut inquit Hyeronimus: bene agatur si pelles, aut caprarum pilum obtulerimus. Tu enim, et alij quicumque proficere uolentes non ad operarij [-3.-] imperitiam, sed ad operis finem, fructumque attendite. Quia quam plurimi qui de huiusmodi musicalis scientiam scripserant In peregrinis: et abditis locis hinc inde sparsim seminuerunt: Ego uero ad omnium cantorum, et discere uolentium utilitatem: compresso manipulo metam, et recolligam: et quasi membra hinc inde discerta utili, et claro stile, ad locum, et debitum ordine, et sub suo congruenti titulo reponam, taliter quod unusquisque Lector quod apud Pitagoram, Boethium, Guidonem et alios uix, aut nunquam uel admodum laboriose reperiebatur facilius inueniatur. Suscipite itaque studiosissimi lectores, et in Christo Fratres dilectissimi, hoc nouum plane musices opusculum. Quod ego Frater Petrus de Potentia Ordinis Minorum cotidianis uestris precibus impulsus, ac deuictus: pro comuni omnium Fratrum nouitiorum,, et aliorum huius scientiae inperuectorum utilitate edidi. Et quamuis in eo nihil sit dictum: quod non arbitratus fuerim conuenire ueritati: et plurimorum doctorum antiquorum oppinionis: Tamen iudicio cuiuslibet melius sapientis, et sentientis corrigendum submitto. Vt sit ad laudem Domini nostri iesu Christi, et eius Gloriosissimae Matris, ac Beati Seraphici Patris mei Francisci in Secula Seculorum
Amen.

[-4.-] Fratris Petri Cannutij Petentini Ordinis Minorum, Viri Religiosi: Utilissimum Opusculum, in quo ferè totius musices Artis diffinitiones continentur feliciter incipit.
Capitulum I.

De Lavdibus Musices.

Musica enim, Cicerone teste, inter caeteras liberales artes sola obtinet principatum: Nam totius orbis machina regitur, et gubernatur, teste Ptholomeo. Haec quidem est illa dulcisona melodia quae in Triumphantique Ecclesia Domino famulatur et seruit. Sancti quidem in suis orationibus solam musicam amplexantur. Non enim minus dedecus et clericis. Vt inquit Isidorus in libro Ethimologiarum mescire cantare, quam penitus

litteras ignorare. Sancti quoque atque Angelorum, et Arcangelorum omniumque ciuium Supernorum chori. Demum militia totius celestis exercitus dulcisono cantare cessat numquam Sanctus, Sanctus eccetera. Peccatorum uenia: Musica facilius impetrator. Anxij huiusmodi dulcedine Musices consolantur. Letique hilariores efficiuntur. Laboribus quidem oppressi, subleuantur. Progredientes ad pugnam: Animosiores, fortioresque uidentur. Passiones uexati à Spiritibus, facilius tollerantur. Quid opus est uerbis? Profecto, teste Remigio: Musica prae ceteris artibus fere pulcrior ab omnibus reputabatur. Nihil enim tam decens est humanitati: Vt ipse Boetius inquit in prologo: quam dulcibus modis [-6.-] abstringi à contrarijs. Musica profecto per cuncta diffunditur studia, quin Iuuenes, puerili infantes, senesque naturali quodam affectu spontaneo ita musicis iunguntur, ut nulla reperiatur etas quae ad delectatione harmoniae et musices seiungi possit. Haec quidem arbor dicitur, cuius frondes ramique uniformiter proportionantur. Flores uero clementum suscipiunt per consonantiarum species. Fructus denique ipsius dulces Armoniae per debitas uocum consonantias productae dicuntur. Tanta finaliter est uirtus: magnitudoque huius scientiae musicalis: quod motu quodam diuino Omnia quae sub Caelo sunt, et in ipso caelorum motu: mare, terraque, uoces etiam animalium merementa caelestium et terrestrium: anni et dies, et Omnia quae mouentur, ut Diuus Bernardus inquit; Musica quadam reguntur, mouentur, et gubernantur. Et ne aures legentium obtundere uidear, haec de laudibus musices ad presens sufficiant, sed opinor, ut Isidorus dicit, quod nulla disciplina sine musica potest esse perfecta. Et quam plurimas nobis afferat musica utilitates, non praetermittendum esse existimaui aliquid de musicae utilitatibus dicendum:

Dè Vtilitatibus Musices.

Capitulum II.

Apud priscos patres tanta reputabatur ueneratione musica, quod sola armonia Citarum Demones expellebant, ut [-6.-] Sacra Scriptura testatur. Eliseus Propheta à quidam interrogatus Rege: nondum sibi concessum prophetiae spiritus: psalterio aducto, dato sibi psalterio, et cum psallerit uenit spiritus prophetiae, et prophetauit. Alia quidem confertur corporibus musicis utilitas, nam Pitagora teste apud ypoconton dictum existimatur, Motuque pulsus rarum uel densum per ipsam musicam cognosci, et iudicari, quidquid enim intrinsecus loquitur, aut uenarum pulsibus mouitur: musica rithmica armoniae uirtutibus coniungitur, et sociatur, ac extrinsecus profertur certa quadam mensura, mediante qua nihil potest augeri, uel minui quod sensum mutet, teste Philosopho. Et quia ordo dicitur rerum collocandarum debita dispositio, per quam unaquaque res suum locum obtinet debitum. Idcirco ordine praemisso ad materiam tractatus agredior cuilibet questionem, ut melius potero respondebo. Sed omnia quae à ratione suscipiuntur de aliqua re institutio, debet a definitione proficisci, ut intellegatur quid sit illud de quo disputetur, ut inquit Cicero in primo de officijs. Ego quidem tractaturus de arte ipsius musices à definitiones ipsius tamquam à principali inchoandum existimaui, quia secundum Aristoteles in VI. thopicorum, et in VII. Metaphisice est ratio declarans totam qualitatem rei.

[-7.-] Dè Musica quid est

Capitulum III.

Discipulus ad Magistrum

Quid est musica? Magister. est ars spectabilis, et suauis, cui sonus in caelo, et in terra modulatur. Vela liter, Musica est quae in numeris, proportionibus, consonantijs, coniunctionibus mensuris, et quantitibus consistit. Guido uero aliter diffinit ipsam musicam, uidelicet quod Musica est motus uocum per artem, et tesim, idest per accensum, et descensum. Hoc idem uidetur confirmari à Pitagora ipsius musices inuentor qui talia uerba profert, musica est motus uocum, et est ueraciter scientia et facilis uia

canendi. Boetius quidem in suo opere multum difert ab alijs, ipsamque musicam hoc modo diffinit, uidelicet Musica est aquaticus sonus, modulandique peritia canu, sonoque consistens. Discipulus Unde dicitur Musica? Magister. Dico quod secundum aliquos dicitur amoy grece, quod est aqua latine, quia prope aquam inuenta dicitur musica: uel aliter, et melius. Musica dicitur à mutatione, quia per mutationes uocum generatur armonia. Secundum uero poetas dicitur Musica à Musis, quia propter septem musas inuenta dicitur, uel ob eorum intuitu composita. Remigius uerò dicit quod aqua multum iuuat sono musico, et ideo secundum eum, et boethium dicitur Musica à moy, quod est aqua, et secundum eos habemus exemplum in fistulis organalibus [-8.-] quae replentur aquae sonum redunt

Dè iudicio Musicae

Capitulum IV.

Per quod cognoscitur musica? Magister. Dico ommissis Philosophorum opinionibus, quod Musica cognoscitur, et iudicatur per sonos, numeros, mensuras, et proportiones distinctos. Quia omnis sonus non dicitur musica eo quia sensus auditus faciliter potest falli sicut et uisus, ut dicit Aristoteles in libro Methaphisices: et ratio est, quia auditus sepe delectatur in sono remoto, à numero, mensura, et proportione: quiquidem sonus non dicitur Musica: Et ideo dicunt Philosophi, et potissime comentator inlibris elencorum; quod color, et forma non est perfectum iudicium rei, nisi precisè inuestigetur qualiter proportiones uocum inter se, disiungantur, ita quod cognatis proportionibus uocum numeris, et mensuris ipsorum cognoscimus ipsam esse musicam. Quid est hoc dictum Musica.

Capitulum V.

Discipulus. Quod uult dicere Musica? Magister. Dico quod apud grecos nil aliud significat nisi architemsim, extasim, uidelicet arsim, et thesim apud latinos uero Musica tantum uult dicere quantum ascensio et descensio uocum, quia Musica non consistit in uno sono, nec [-9.-] in una melodia, sed in pluribus: Nec melodia consistit in uocibus, sed in diuersitatibus sonorum, et uocum, ex quibus ergo apparet, quod musica consistit in ascendendo, et descendendo. Discipulus. Ex quibus constat musica. magister. Dico quod constat ex tredecim consonantijs, ut infra dicitur sub titulo consonantiarum. Discipulus. Quo triplex est Musica? Magister. Dico quod est triplex, scilicet Armonica, Organica, et Rithmica. Quamuis secundum Philosophos possent assignari plures aliae diuisiones. Deijs autem tribus dicitur per ordinem, et primo ab armonica tamquam à nobiliori incoandum est, teste Aristotele primo Fisicorum.

Dè Musica Armonica

Capitulum VI.

Discipulus.

Quod est musica armonica? Magister. Dico quod musica armonica est illa quae causatur per sonum, et per uoces hominum, et animalium; Ideo enim dicitur in diffinitione per sonum, et uoces hominum ad differentiam musicae organicae, et rithmicae quae cantantur sine uoce hominum, et animalium. In omnibus alijs conuenit cum alijs duabus, sed eo quod dicitur armonica: uideamus quid sit armonia, et unde dicitur. Discipuli. Quid est armonia? Magister. Dico quod nil aliud est nisi quaedam amenitas ex conuenienti sono causata. Vel aliter, armonia secundum Vbaldum est, diuersorum uocum apta coadunatio. Secundum uero [B infra lin.] [-10.-] Phphilosophos, armonia est ratio numerorum in A acuto, et graui. Discipulus. Quero unde dicitur armonia? Magister. Dico quod dicitur ab armos grece quod est coadunatio latine: et inde dicimus nos armonia idest coadunatio uocum.

Dè Musica Organica

Capitulum VII.

Discipulus.

Quero quid sit musica organica? Magister. Dico quod illa quae causatur, et fit in instrumentis flatum causantibus. Causatur etiam huiusmodi musica cum anelitu hominis, seù aeris prout uidemus in organis, tubis, et fistulis, et ijs similibus. Et debes notare quod talis musica potest causari, et formari sine naturalibus Instrumentis cum solo anelitu, et pulsu aeris uerberati, uidelicet per sonum qui non est uox silicet in tuba et alijs supradictis, quia tali sonus non uox est aptus cumpulsu, et anelitu ad causandam organicam musicam. Est tamen alius sonus non uox causatus ex riuerberatione aeris percussi, ut pulsus cordarum, streptus pedum: et talis sonus ad solam musicam Ricthmicam dicitur pertinere.

Dè Musica Ricthmica

Capitulum VIII.

Discipulus.

Quero quid est musica Ricthmica? Magister. est illa quae fit [-11.-] in instrumentis tactu sonum reddentibus, silicet per sonum non uox, prout fit in monachordo, psalterio, et similibus

Dè Divisione Musices

Capitulum IX.

Quero quae differentia sit inter has tres musicas? Magister. Dico quod differentia haec est, quia organica causatur cum flatu, et sine uoce hominis, et animalis. Armonca uero cum uoce hominis uel animalis. Ricthmica autem sine ijs duobus silicet per sonum ex tactu causatum, ut supra dictum est. Et quamuis musica sit genus, hae sunt eius species. Et hae tres species subdiuiduntur quia ex ijs quaedam dicitur musica plana, et quaedam mensurata, uel aliter, una est simplex, et alia composita de quibus per ordinem uideamus Dè Musica planà, et mensurata

Capitulum X.

Discipulus,

Quero quid est musica plana? Magister. Dico quod est illa quae simplicibus notis in certi ualoris simpliciter est consittuta, et talis dicitur a Diuo Gregorio inuenta, et composita. Vel aliter, Musica simplex, seù plana est quae sine temporis mensura, et limitatione notularum prout unicuique liber cantatur, et figuratur. Discipulus. Quid est musica mensurata? Magister. est illa quae figuris notarum certi ualoris simpliciter efficitur. Vel aliter. Musica mensurata [-12.-] est cantus tempore mensuratus, cuius figurae sunt omnes mensuratae, et limitatae, nomine figura quantitate, et essentia. Quibus mensuratae artamur cantare cantus, qui sunt talibus notulis mensurati uel situati, suam quidem quantitatem augere non possumus, nec minuere etiam formas, et ipsarum nomina figuratarum. De hac enim mensurata ad presens non intendimus, sed solum de musca plana tractare. Et quia diximus de musica quid est. nunc autem uidebimus quid est musica, et quae differentia est inter musicum, et Cantorem

Dè Musico, et Cantore.

Capitulum XI.

Discipulus.

Quid est Musicus? Magister. est ille qui per pensa ratione beneficio speculationis officium canendi assumit. Et nota quod differentia est inter Musicum, et cantorem. Vnde series uersus posuit. Musicorum, et cantorum magna est diferentia. Illi sciunt, ipsi dicunt quae componit musica: Et qui dicit quod non sapit reputatur bestia. Discipulus. Quid est cantor? Magister. est ille qui cantorum uoce modulatur. Discipulus. Quide est compositor Magister. est ille qui alicuius noui cantus est editor, et cantio est regula uoluntate compositoris sub obscuritate quaedam ostendens, et satis hactenus.

Dè Cantu, quid est.

Capitulum XII.

Discipulus.

Quid est cantus? Magister. est multitudo uocum et unisonis constituta [-13.-] qui aut simplex, aut compositus est. Discipulus. Quid est cantus simplex. magister. est ille qui sine ulla relatione simpliciter est constitutus, uel constituitur et hic est planus, aut figuratus; ut superius dictum est in capite de musica plana et mensurata I. de cantu plano et figurato. Discipulus. Quid est cantus compositus? Magister. est ille qui pro relatione notarum unius partis ad alteram multipliciter est editus, qui reffectus uulgariter appellatur. Discipulus. Quid est reffecta? Magister. idem est quod cantus compositus. Discipulus. Quid est cantus ut iacet? Magister. est ille qui plane sine ulla diminutione canitur. Discipulus. Quid est cantus per mediam? Magister. est ille in quo duae notae sicut per proportionem duplam, uni commensurantur. Discipuli. Quid est cantilena? Magister. est cantus paruus cui uerba cuiuslibet materiae sed frequentius amatoriae supponuntur. Discipulus. Vnde dicitur cantus? Magister. dicitur ab isto uerbo canto cantas, uel à canendo, sicut uox ad uocando, et sonus à sonando. Discipulus. Quid est sonus? Magister. Est quidquid proprie, et per se ab auditu percipitur. Discipulus. Quid est sonator? Magister. est ille qui in istrumento artificiali, siue organico, siue Ricthimico musicam exercit. [signum]

Dè Tenore, et contra

Capitulum XIII.

Discipulus

Quid est tenor? est cuiuscumque cantus compositi fundamentum relationis. Discipulus. Quid est tenorista? Magister. est ille qui tenorem canit. Discipulus. Quid est contra tenor. Magister est pars [-14.-] illa cantus compositi quae principaliter contra tenorem facta inferior est supremo. Altior autem, aut equalis, aut etiam ipso tenor inferior. Discipulus. Quid esta contra tenorista? Magister. Est ille qui contra tenorem cani. Discipulus. Quid est thesis? Magister. Est depositio uocum. Et quia de ipsius musicae serie, hac ordine, tenoreque satis superque tractauimus, disputauimusque pro parte nostro. Nunc uero ad positiones, literas, uocis, lineas, spacia, clauas, mutationes, et huiusmodi quae ad ordinem, et iuncturam maius seù plurime pertinere uidentur, quam comodissime perueniendum putamus, uidelicet, et caetera. Modò sequitur demonstratio, et declaratio manus Latinae, et Graecae, uidelicet.

[-15.-] [Cannutijs, Regulae Florum Musices, 15; text: F, [Gamma], A, b [sqb], c, d, e, f, G, Vt, re, mi, fa, sol, la, Ypopanies. Proslam banos minos. Ypatheypathon. Paripateypathon. Licanosipathon. Ypathemeson. Paripathemeson. Lichanos meson. Mese. Paramese. Frithediem eguemenon. Paranethediem eguemenon. Nethediem eguemenon. Fritey perboleon. Paranethy perboleon. Nethey perboleon. Trite Simemenon. Paranthesimemenon. Nethesimemenon. popantos.]

[--

[-16-] Dè principio hujus Scientiae.

Capitulum XIV.

Ars huius scientiae dico quod habet suum originem, principium, et fundamentum in manu sinistra hoc modo quod uiginti positions sunt in ipsa manu distinctae per iuncturas, quae numerantur à [Gamma] gamma usque ad ela ultimum tertiae iuncturae medij retro; In quibus positionibus pununtur literae, uoces, proprietates, lineae, spatia, clauas, et mutationes quae per ordinem inferius patebunt, sed primo uidebimus de literis; et caetera. Dè litteris, quae ponuntur in ordine manus, seù palmae

Capitulum XV.

Discipulus. Quid est litera? Magister. est minima pars uoci composita, uel sic. Litera est

uox indiuidua quae scribi potest. Discipulus. unde dicitur litera? Magister. dicitur litera quasi legitera, eo quod legenti iter prebeat, uel dicitur à licturis, ut quibusdam placet, quod plerumque in ceratis tabulis antiqui scribere solebant. Discipulus. Quot sunt litterae quae ponuntur in ordine manus, seu palmae? Magister. sunt aliqui cantores qui dicunt quod sunt uiginti; et aliqui dicunt quod sunt uigintiuna cum illis tribus quas Guido accepit à Boetio, et à Pitagora. À Boetio accipit [-17.-] litteram quae uocatur f. cum nota ut, et ponitur in pollice manus retro, in iunctura media ipsius pollicis. Etiam ab ipso auctore Boetio accipit litteram quae uocatur, e, cum nota Là, et ponitur in iunctura media digiti medij retro. À Pitagora accepit litteram quae uocatur gamma quae figuratur sic [Gamma], et ponitur in primo loco pollicis praedicti. Et aliqui dicunt quod sunt igitur uiginti duae litterae memorando illam litteram quae uocatur gamma, cum illis duabus literis quae sunt in .b. acuto et .b. superatuto. Sed nos dicimus quod non sunt nisi XX. seu XVIII. quae diuiduntur in sub grauibus, grauibus, acutis, et superacutis. At uero ipsae litterae non sunt nisi septem in ordinem manus uoce, et forma differentes, silicet A. b. c. d. e. f. g. subgrauibus una est dumtaxat silicet Littera greca, quam earum uocabulo gamma dicunt. Nos uero latini .g. appellamus, quae est omnium prima in principio pollicis manus sinistrae. Et à latinis Philosophis addita est, in qua nostrae musicae omnis summit ordo principium. Et ipsius gamma nostra manus ornata initio se à grecis profitetur exordium assumpsisse et caetera.

Dè interrogatione cur [Gamma] gamma potius fuit posita in primo loco pollicis, quam in alià iunctura:

Capitulum XVI.

Discipulus.

Queritur cur gamma fuit inuenta, siue posita potius in [-18.-] primo loco pollicis, quam in alia iunctura? Magister. fuit posita ibi duplici ratione. Immo dico quod primi compositores artis musices Greci fuerunt sicut habemus in IV. capitulum Genesis, quod Iubal fuit pater canentium Cithara, et Organo, qui fuit in principio silicet in prima etate, et quia musica composita fuit à dicto auctore qui fuit Grecus, ideo Latini artis musices compositores ordinando, et proportionando hoc est quod ad honorem eius posuerunt hanc litteram silicet Gamma quae dicitur litera greca in primo loco ante dicto sicut nota ut, quae est in principio, et prima uox uocum. Secunda ratio est propter .G. supra positum in octaua uoce, quia sicut superius ing sol re ut, est talis litera: ita debet esse inferius G. quae grece uocatur gamma, et figuratur sic [Gamma]. Vnde dicit ille doctor Boetius, quod huius consonantia diapason inuenitur perfecta silicet a litera simili, ad suam litteram similem. Igitur fuit posita Gamma in loco antedicto, quia signat g: quod si concordat in uoce, concordare debet in litera: et per tales ratione sicut posita ut dictum est. Discipulus. Quid est Gamma? Magister. est littera greca quam nos latini g. appellamus, et est glauis uel litera grauissima, quia locus grauissimus est Gammaut: et grauissima uox illius est. Discipulus. quid est Gammaut? Magister. est linea cuius clauis est [Gamma]. In qua una uox est. [signum]. ut: et cantatur per [sqb] quadam ex loco proprio.

[-19.-] Dè Littera, quae uocatur b rotundum.

Capitulum XVII.

<Q>ueritur si b. rotundum est indispositione litterarum, seu de computo septem litterarum musicalium sicut declarasti mihi superius de illis qui dicunt quod uiginti duae litterae sunt in ordine manus seu palmae numerando illas duas litteras quae sunt in b. acuto, et b. superacuto? Magister. dico sic, quod secundum marchetum Mantuanum, et plures cantores, et compositores huius artis quod b. rotundum non debet proprie lieam, aut spatium occupare, nè locum naturaliter habetur, quia non est de computo septem litterarum musicalium. Si enim aliqua de septem, per dupplarem consonantia respondere non potest, quia minus esset semitonium. Superacutis uero per diapason nequaquam

consonat: quia Semitonium superabundat, et ideo uocatur .b. rotundum apud grecos sinemenon, oc est accidens, uel accidentale, et quod est accidens, uel accidentale non est proprium, et quod est accidens, uel accidentale non est proprium, et quod non est proprium non est naturale. Discipulus. Si b. rotundum est accidens, uel accidentale, et non debet proprie lineam, aut spatium occupare, nel locum naturaliter habetur, et non est de computo septem literarum musicalium, quare inuentum fuit .b. quod uocatur rotundum? Magister. quod inuentum fuit ad reparandum tritonum [-20.-] qui silicet naturaliter inuenitur ubi enim cantus asperius sonat .b. rotundum silicet loco [sqb]. quadri, ad temperandum tritoni durtiam furtim interponitur. Sed ubi cantus ad suam naturam teuersus fuerit, statim debetur auferri. Dico ergo, quod b. rutundum est accidens, uel accidentale, et accidens potest adesse, uel abesse sine corruption subiecti, ubi necessarium fuerit apponatur.

Dè litteris grauibus, acutis, et superacutis.

Capitulum XVIII.

Discipulus

Quot sunt literae graues? Magister. septem sunt, silicet .A. b. c. d. e. f. g. Discipule. Quae literae sunt quae uocantur graues? Magister. sunt illae quae incipient in prima iunctura pollicis, finem uero habent in secunda iunctura auricularis. Et nota quod graues clause, grauia loca, et graues uoces; sunt illa, et ille, quae in manu ab, a re, usque ad, alamire, exclusiue continentur. Discipulus. Quare dicuntur graues? Magister. quia in inferiori loco primitus sunt formatae, hoc est in uoce pectoris; sed de his latius in primo libro uenturinae in capitulo de grauibus literis habetur. Dominus. Quot sunt literae acutissimae? Magister. similiter sunt septem silicet. A. b. c. d. e. f. g. quae non sunt à primis grauibus nomine differentes, sed forma dumtaxat. Discipulus. Quae literae sunt quae uocantur acutae? Magister. sunt illae quae [-21.-] incipiunt in tertia iunctura auricularis, finem uero habent in secunda iunctura indicis. Item acutae clausae, acuta loca, et acutae uoces, sunt illae, et illa quae in manu ab alamire inferiori iuncturae, usque ad alamire superius exclusiue continentur. Discipuli. Quare dicuntur acutae? Magister. ideo dicuntur acutae eo quod acutiorem reddant sonum respectu grauium. Dico enim quod Praedicatores quando predicant, formant uocem in superiori loco qui est in uoce gutturis. Discipulus. Quot sunt litterae superacutae? Magister. sunt illae, quae incipiunt in secunda iunctura medij, finem uero habent in tertia iunctura eiusdem à tergò, ut manu intuenti patet. Et nota quod superacutae clausae, superacuta loca, et superacutae uoces, sunt ille, et illa, quae in manu ab alamire superiori inclusiue, usque ad ela ultimum exclusiue continentur. Vnde uersus Septem primae sunt graues: scribunturque capitales, Septem sunt aliae, quas hinc uocabis acutas.

Relique sunt quinque, et nomine sunt superacutae.

Discipulus. Quare dicuntur superacutae? Magister. Ideo dicuntur superacutae, eo quod super praedictas acutas acutiorem reddant sonum, quia formantur in superiori loco, hoc est in uoce capitis, et talisi diffinitio est, ut superius dixi. [C infra lin.]

Dè Litteris, quae sunt in linea, et in spatio.

Capitulum XIX.

Ordo autem literarum naturaliter positarum tibi breuiter patebit, et quae in spatio, quae litterae sint in linea, ut cognoscas inferius perpende dispositas. Gamma in linea. A in spatio. [Sqb] in linea. C. in spatio. D. in linea. E in spatio. F. in linea G. in spatio, et sic de caeteris. Vide litterae quae in grauibus in linea notantur, in acutis in spatio demonstrantur. Et quae in acutis in spatio sunt notatae, in superacutis in linea sunt scriptae.

Dè Littera, quae uocatur A.

Capitulum XX.

Discipulus.

Quid est littera que uocatur A.? Magister. est clavis locorum silicet are, et utriusque alamire. Discipulus. Quid est are? Magister. est spatium cuius clavis est A; et in quo una uox est silicet re; et canitur per [sqb] durum ex loco gammaut. Discipulus. Quid est alamire? Magister. est locus cuius clavis est A; et qua sunt tres uoces silicet la mie, et re canuntur, et ipsum est duplex silicet Acutum, et superacutum. Discipulus. Quid est alamire superacutum? Magister. est linea cuius clavis est a. et in qua tres uoces sunt silicet La mi, et re cantatur .signum]. la per naturam ex loco c fa ut, mi per b mole ex loco f faut graui, [-23.-] re per [sqb] durum ex loco gsolreut graui. Discipulus. Quid est alamire superacutum? Magister. est spatium cuius clavis est a, et in quo tres uoces sunt silicet la mi, et re canuntur; la per natura ex loco, c solfa ut, mi per b molle ex loco f faut acuto, et re per durum ex loco gsolreut acuto.

Dè littera, quae uocatur [sqb].

Capitulum XXI.

Discipulus.

Quod est littera quae uocatur [sqb].? Magister. est clavis locorum [Sqb] mi et utriusque bfa [sqb]mie, et est duplex silicet quatum, et rotundum. Discipulus. Quid est [sqb] quadratum? Magister. est clavis locorum [sqb] mi, et utriusque b fa [sqb] mi, designans ibi per [sqb] durum mi canendum esse. Discipulus. Quid est b rotundum? Magister. est clavis utriusque b fa [sqb] mi, designans per b molle fa canendum esse. D. Quid est [sqb] mi? Magister. est linea cuius clavis est b rotundum. Altera [sqb] quadrum, et in quo duae uoces sunt silicet fâ, et mi cantantur, fa per b molle ex loco f faut graui, et mi per [sqb] durum ex loco g sol reut graui, et nota quod non est differentia inter b fa [sqb] mi acutum et superacutum, excepto quod b fa [sqb] mi acutum est spatium, et uoces quae in eo sunt, deriuantur a deductionibus grauium silicet ex loco f faut graui, sicut dictum est superius. Sed b fa [sqb] mi, superacutum [-24.-] est in linea, et uoces quae in eosunt, deducuntur à deductionibus acutis silicet ex loco f faut acuti, et g sol re ut acuti, et caetera.

Dè littera, quae uocatur C.

Capitulum XXII.

Discipulus.

Quod est littera quae uocatur C? Magister est clavis locorum c fa ut, c sol faut, et c sol fa. Discipulus. Quid est c faut? Magister. est spatium cuius clavis est c; et in quo duae uoces sunt silicet la, et ut canuntur. La per [sqb] durum ex loco gamma ut, et ut per naturam ex loco proprio. Discipulus. Quid est c sol fa ut? Magister. est linea cuius clavis est, c, et in qua tres uoces silicet sol fa ut canuntur. Sol per b molle ex loco f faut graui: fâ per [sqb] durum ex loco g sol reut graui; et ut per naturam ex loco proprio. Discipulus. quid est c sol fa? Magister. est spatium cuius clavis est .c; et in quo duae uoces silicet sol, et fa canuntur, sol per b molle ex loco f faut acuto: et fâ per durum, ex loco g sol re ut acuto.

Dè littera, quae uocatur D.

Capitulum XXIII.

Discipulus.

Quid est littera quae uocatur d? magister est clavis locorum d sol , re de la sol re, et de la sol. Discipulus. Quid est d sol re? Magister. est linea cuius clavis est d, et in qua duae uoces silicet sol, et re canuntur. [-25.-] Sol per [sqb] durum ex loco [Gamma] gammaur. Et re per naturam ex loco c faut. Discipulus. Quod est, d la sol re? Magister. est spatium cuius clavis est, d, et in quo tres uoces silicet la. sol. et re, canuntur. La per b molle ex loco f. faut graui; sol per [sqb] durum ex loco, g graui, et re per naturam ex loco c sol faut. D. Quid est, d la sol? Magister. est linea cuius clavis est d. et in qua duae uoces silicet la et sol canuntur. La per b. molle ex loco f faut acuti; et sol per [sqb] durum ex loco g sol re ut acuti.

Dè

Littera, quae uocatur E.

Capitulum XXIV.

Discipulus. [[C]] Quid est littera quae uocatur, e,? est clauis utriusque elami, et ela.
Discipulus. Quid est elami? Magister est locus cuius clauis est E, et in quo duae uoces silicet la, et mi canuntur. Et est duplex, silicet acutum, et graue. Discipulus. Quid est elami graue? Magister est spatium cuius clauis est E, et in quo duae uoces silicet la, et mi canuntur; la per [sqb] durum ex loco [Gamma] gammaut. Et mi per naturam ex loco, c faut. Discipulus. Quid est elami acutu? Magister. est linea cuius clauis est E, et in quo duae uoces, silicet la, et mi cantantur. La per [sqb] durum ex loco g sol re ut garui, et mi per naturam ex loco, c sol fa ut. Discipulus. quid est ela? Magister. est spatium cuius clauis est E, et in quo una uox est silicet, la [-26.-] et cantatur per [sqb] durum ex loco g sol re ut acuti.

Dè Litterà, quae uocatur F.

Capitulum XXV.

Discipulus.

Quid est littera quae uocatur F?

Capitulum XXV.

Discipulus.

Quid est littera quae uocatur F? Magister. est clauis utriusque F faut. Discipulus. quid est F faut? Magister. est locus cuius clauis est F; et in quo duae uoces silicet fa, et ut canuntur. Et est duplex silicet graue, et acutum. Discipulus. quid est F faut graue? Magister. est linea cuius clauis est F, et in qua duae uoces silicet fa, et ut, cantantur, fa per naturam ex loco, c fa ut, et ut per b molle ex loco proprio. D. quid est F faut acutum? Magister. est spatium cuius clauis est F, et in qua duae uoces, [signum]. fa, et ut canuntur, fa per naturam ex loco, c sol fa ut, et ut, per b molle ex loco proprio. De

Littera, quae uocatur G.

Capitulum XXVI.

Discipulus.

[[C]] Quid est littera quae uocatur G? Magister. est clauis, ut, et est clauis utrisque g sol re ut. Discipulus. quid est g sol re ut? Magister. est locus cuius clauis est g, et in quo tres uoces silicet sol, re, ut cantantur, quod quidem duplex est silicet graue, et acutum. Discipulus. quid est g sol re ut graue? Magister. est spatium cuius clauis est g, et in quo tres uoces silicet sol, re, et ut canuntur. Sol per naturam [-27.-] ex loco, c fa ut, re per b molle ex loco f fa ut; ut per [sqb] durum ex loco proprio. Discipulus. quid est g sol re ut acutum? Magister. est linea cuius clauis est g, et in qua tres uoces silicet sol re, et ut canuntur. sol per naturam ex loco c sol fa ut; re per b molle ex loco f fa ut acuto; et ut per [sqb] quadrum ex loco proprio.

Dè lineis, et spatijs.

Capitulum primò XXVI.

Discipulus.

Quid est linea? Magister. est locus tractu quodam designatus. Alij uero appellant lineam, regulam esse. Quidam autem rectius dicentes, et rationibus adherentes. Dicunt lineam esse longitudinem siue latitudinem, et profunditatem, cuius extrema sunt duo puncti. Vnde nota, quod in linea est duplex punctus, et potest addi tertius. Primus uocatur punctus initians. Secundus uocatur medians. Tertius finiens, siue terminans protractionem lineae. Discipulus. quid est spatium? Magister. est locus supra, uel infra lineam relictus. Vel secundum alium, est superficies ambigua ipsam lineam. Discipulus. quid est locus? Magister. est uocum situs.

Dè clauibus, quae sunt in manu Guidonis.

Capitulum secundò XXVI.

Discipulus.

Quid est clavis in cantu? Magister clavis est signum loci lineae, [-28.-] uel spatij, et est ostensio notarum, et reseratio uocum, et ratio est ista: Quia sicut per clauem reseratur hostium ad conseruandam quae sunt intus in hostio: sic est per clauem uel quolibet signorum in cantu. Magister. dicitur eo quod habet officium reserandi, et aperiendi, et habet reserare melodias distinguere, et cognoscere differentias proprietatum. Discipulus. Quot sunt clauis in cantu plano? Magister. signa, siue clauis ut ulgo dicitur domonstrantes sedes totius cantus uniuersaliter usitatae; dico quod non sint nisi duae idest f graue, et c. acutum, in quibus locis f grauis figuratur sic [signum], et c acutum figuratur sic [signum]. Distant enim ab inuicem per diapente. Nam f in grauibus, c, in acutis constitutae sunt quae per ipsarum discretam repositionem per lineas potest omnis cantus cuiuscumque sit toni rationabiliter collocari. Secundum uero Guidonem, dico quod sunt septem, seu octo in ordine suae manus. Prima enim clavis est in [sqb] graui in linea, quae deriuatur ab ut, quod est retro in iunctura media pollicis, sed non scribitur, nec signatur nisi per fictam musicam, seu per coniunctam, ut clarius in suis capitulis patebit, et terminat suum finem in d graue in linea, et cantatur per b molle sub graue. Secunda uero, dico quod est in c fa ut in spatio, quae deriuatur ab ut, quod est in capite pollicis, et non scribitur nec signatur, et terminat suum finem in elami in spatio, et cantatur per [sqb] durum graue. Tertia clavis est in f faut in linea, quae deriuatur ab ut; quod est in [-29.-] c fa ut, et signatur hoc modo [sqb], et terminat suum finem in alamire acutum in linea, et cantatur per naturam grauem. Quarta clavis est in b fa [sqb] mi in spatio, figuratur aliquando per accidens hoc modo b [sqb] quae deriuatur ab ut quod est in f faut graui in linea, et terminat suum finem in d la sol re in spatio et cantatur per b molle graue. Quinta clavis est in c sol fa ut in linea, quae deriuatur ab ut quod est in g sol reut graui, et signatur hoc modo [signum] et terminat suum finem in elami acuto in linea, et cantatur per [sqb] quadrum acutum. Sexta clavis est in f faut in spatio, quae deriuatur ab ut, quod est in c sol faut in linea, non signatur, sed suum finem terminat in alami re superacuto in spatio, et cantatur per naturam acutam. Septima clavis est in b fa [sqb] mi super acuto in linea, quae deriuatur ab ut, quod est in f faut acuto, non signatur in cantu plano excepto per accidens, sed in cantu figurato signatur hoc modo, b b; et terminat suum finem in d la sol in linea, et cantatur per b. molle acutum. Octaua clavis est in c sol fa in spatio, quae deriuatur ab ut, quod est in g sol re ut acuto in linea, non signatur, et terminat suum finem in ela in spatio, et cantatur per [sqb] quadrum superacutum. Et sic habemus quod in tota arte musices septem, uel octo sunt clauis secundum Guidonem. [-30.-] Dè uocibus quae sunt in tota arte musicae.

Capitulum XXVIII.

Discipulus

Quot sunt uoces in cantu, seu in tota arte musicae? Magister. sunt sex silicet ut. re. mi. fa. sol. la. quae associatae sunt cum praedictis septem litteris uoce, et forma differentibus, et per istas sex uoces tota composition manus ormat in tantum quod efficiuntur quadraginta duae uoces, ut potes uidere in imagine manus, quae ex duabus primis proprietatibus silicet [sqb] quadri, et naturae quinquies repetitae ponuntur. Et ex tertia silicet b rotundi proprietate bis interponi noscuntur. Quibus includuntur omnes notae in manu numero quadraginta duae numeratae silicet à gammausque ad, e, ultimum uiginti sedibus collocatae. Discipulus. Quid est uox? Magister. quod habet duo significata silicet simpliciter naturaliter, et artificialiter. Hinc pro primosic diffinitur, uidelicet Vox est significatiua ad placitum cuius nulla pars significat separata finita, et recta, et secundum Aristotelem quod uox est sonus aeris spitu uerberati, seu fractio aeris sensibilis auditu, quae solum in naturalibus instrumentis animalis formatur. Et pro secundo sic diffinitur. Vox est sonus naturaliter, au artificialiter proatus. Discipulus. Instrumenta naturalia quae, et quod sunt? Magister. instrumenta naturalia ad plus sunt sex silicet Pulmo, Guttur, Palatum, Labia, Dentes, et lingua, sed de necessitate sunt tres et non plus silicet [-31.-]

Pulmo, Guttur, et Lingua; hoc spectat omnibus animalibus; quin Philosophus in libro de animalibus dicit, Animalia carentia pulmone, carent uoce. Sed palatum, labia, et dentes, sunt de bene esse sicut ad limandum uocem, ut diuersificetur ab animalium; quorum uox non intelligitur. Sine ipsis enim sonus qui est uox. Sine istis enim sonus qui est uox nullatenus esse potest. Ergo dico quod primus anelitus à pulmone procedit; secundum per medium gutturis transit; tertio palatum ferit quod ipsum retinet; quarto à lingua scinditur ut diuersificetur; quinto per tactum ipsius linguae contra dentes discernitur quid homo proferat; sexto à labijs moderatur post hoc est uox. et caetera.

Dè diuisione uocum

Capitulum XXIX.

Discipulus.

Notandum est, quod uocum alia articulata litterata, alia inarticulata, et inlitterata, alia articulata inlitterata et alia inarticulata litterata dicitur. Vox articulata, et litterata dicitur, quae intelligi, et scribi potest, ut Petrus, et martinus. Vox inarticulata, et inlitterata est illa, quae nec intelligi, nec scribi potest, ut rugitus leonis, et mugitus Bouis. Vox articulata inlitterata est illa quae intelligi potest, et scribi non uale, ut sibilus hominis, et gemitus infirmorum. Licet enim scribi non possit ista talia. Tamen effectus eorum intelligi potest, sicut per [-32.-] sibilum hominis mitigationem alicuius animalis, uel eius uocationem intelligimus ita per gemitum quoque dolorem imaginamus. Vox inarticulata litterata est illa quae intelligi non potest, et tamen scribi, ut uocem auium proferentium, cra, cra; cuius prolationis effectus, licet scribi potest, penitus ignoramus. De quibus enim solum articulata litterata uocem quae intelligi, et scribi potest, dicimus ad Musicam armonicam pertinere. Discipulus. Vnde dicitur uox? Magister. dicitur à uocando, sic sonus à sonando, et dux a ducendo; et nota quod dicitur uox eo quod uota cordis promat. Vnde Philosophus dicit, sicut enim quae sunt in uoce earum, quae sunt in anima passionum notae, et ob hoc recte appellatur nota illa, quae figuratur, à uoce profertur. Nam ipsa sicut nota est quaedam figura, quae propria artem musicalem representat, uel quoddam signum manifestans uisui qualiter eam proferre debeamus; et etiam possumus dicere quod nota est signum uocis certi, uel incerti ualoris.

Dè interrogatione: quae est ratio, quod in tota arte musices non sunt nisi sex uoces.

Capitulum XXX.

Discipulus.

Quae est ratio quod in tota arte musicae non sunt nisi sex notae uel uoces? Magister. illi qui composuerunt musicam imitantur naturam. Et quin musicalis scientia nihil aliud est, nisi modificare uoces, [-33.-] et uoces formantur ab instrumentis naturalibus, ut superius dixi. Et ideo Musici non nisi sex uoces habent in arte sua, haec habent à natura. Sed modus uocis per ipsos inuentus est. Et si natura plures uoces daret hominibus, necessariè erit plurificari modum uocis. Et quia uoces sunt sex distinctae speciei, ideo modi sunt sex, quin quaelibet uox per modum distinguitur à uoce. Ergo necesse est proportionari artem musicalem quae est accidens, cum instrumentis naturalibus formantibus uocem. Instrumenta autem sunt res motiuae, et actiuae uocum. Et sic musica inuenit sex modos ad modificandum uoces conformiter. et caetera.

Dè interrogatione, quomodo formatur modus istarum sex uocum.

Capitulum XXXI.

Discipulus.

Quomodo formatur modus istarum sex uocum? Magister. quod statim declarabo per hos uersus, uidelicet. Hijs sex formantur, sex modi, et uariantur Vt, cum re, plene: Modulatur mi cum re. Voce sonat plena, fa cum sol, sol quoque cum la. Dantque semi mi fa, nec sit plenus tonus infra.

De sillabis, et de proprietatibus earum.

Capitulum XXXII.

Discipulus.

Quid est ut, quae dicitur sillaba? M. est prima uox uocum, [-34.-] uel tono, distans à secunda. Dico etiam quod est principium, et dnfamentum, et clauis recreatio, reformatio, et deductio cuiuscumque cantus, et est principium, et caput omnium aliorum sibi succidentium sillabarum silicet re. mi. fâ. Sol. la; et habet poprietatem in mutatione, quia semper mutat cum tono. Discipulus. quid est sillaba quae uocatur, re? Magister. est secunda uox tono distans à prima: totidem uero à tertia; et habet proprietatem in mutatione, quia semper mutat cumtono sicut est, ut. Discipulus. Quid est mi? Magister. est sillaba, et est tertia uox, tono distans à secunda, et semitono à quarta; et habet proprietates duas, sed nullam imitationem, in coniunctione uero tantum habet cum fa, quia fa modulatur tantum cum mi ascendendo, sed descendendo modulatur mi, post fa, quae f. mi. est uox iuncta cum fa. Vnde uersus uidelice. Mi ascendendo impingiur; descenduntur plangitur. Secunda proprietas dico quod mi est in loco semitoni, et ibi est causa sui, et oritur ficta musica. Discipulus. Quid est nota que uocatur fa? Magister. Quod est quarta uox distans à tertia, Smitono, et à quinta, tono; et habet proprietatem dupplicem scilicet primam. proprietatem habet cum, sol, et mutatur cum tono, sed secundam, quia omnia signa signantur in fa. Discipulus. Quid est sol? Magister. est sillaba, et est quinta uox tono distans à quarta, totidem uero ab ultima; et habet proprietatem in mutatione cum la. Discipulus. quid est la? Magister. est sillaba et est scala uox, et ultima tono distans à quinta; et habet proprietatem cum omnibus, et est alitrio [-35.-] aliarum uocum, unde uersus. La uirtute propria, sursum ascendere non ualet, sed descendendo suam naturam seruat. [signum].

Dè naturis praedictarum notarum, seu sillabarum.

Capitulum XXXIII.

Discipulus.

<S>i queratur, quel queritur, quot sunt naturae notarum, seu sillabarum supradictarum, dico quod tres sunt natura ipsarum scilicet imperfecta, perfecta, et perfectissima. Atura imperfecta est ista scilicet mi. fa; et fa. mi; quia minor tonus uox, et spatium est ibi, ut patet in strumentis musicalibus, sicut in organis, et alijs instrumentis. Discipulus. Quid est natura perfecta? Magister. est, ut, re; et re, ut. fa. sol; et sol. fa. Et dicitur natura perfecta, quia in eleuatione, et depositione, congruas uoces reddit. Discipulus. Quid est natura perfectissima? Magister. quod non est aliud nisi, re. mi; et mi. re. sol: la; et la. sol. Et dicitur natura perfectissima, qua pleniores, seu perfectissimas uoces reddit, tam in eleuatione, quam in depositione. Et nota, quod harum sex sillabarum, siue notarum agregatio, dicitur in cantu deductio; quia deducit modulantiom uoces ex grauitate in acumine, et ex acumine in grauitatem.

Dè deductionibus in cantu.

Capitulum XXXIV.

Discipulus.

[-36.-] <Q>uid est deductio in cantu? Magister. est uocum de uno locu ad alium locum per aliquam proprietatem ordinate ductio. Discipulus. quot sunt deductiones in cantu, seu in ista manu Guidonis? Magister. quod sunt septem deductiones in cantu secundum eum. Quia illa nota siue sillaba quae uocatur ut, septies in manu reperitur; unde prima deductio habet principium in [Gamma] gamma, quae littera latine dicitur G. sub grauis, et finis eius est in E graui, et cantatur per [sqb] quadrum graue. Secunda uero deductio habet principium in C. graue, et finis eius in A acutum, et cantatur per naturam grauem. Tertia deductio dico quod habet principium in F graue, finem uero in D. acuto, et cantatur per B. molle graue. Quarta deductio habet principium in G graue, sed finis eius est in E acuto, et cantatur per [sqb] quadrum acutum. Quinta autem deductio habet principium in

C acuto, finem uero in A. superacuto, et cantatur per naturam acutam. Sexta deductio habet principium in F. acuto, et finis eius est in D. superacuto, et cantatur per b. molle acutum. Septima deductio habet principium in g. acuto, sed finis eius est in ee. Superacuto, et cantatur per [sqb] quadrum superacutum, et hoc est secundum Guidonem. Secundum uero Boetium sunt nouem, uel decem deductions, de quibus in capitulo de coniunctis dicemus, quae secundum eos sunt decem et septem, uel sexdecim, et ita est, ut in predicto capitulo demonstratione manus patebit. Nunc autem uidebimus de proprietatibus cantus.

[-37.-] De proprietatibus Cantus.

Capitulum XXXV.

Discipulus.

<Q>uero quot sunt proprietates in cantu? Magister. tres sunt proprietates in cantu scilicet [sqb] quadrum, natura, et b molle. Discipulus. Quid est proprietas in musica? Magister. est quaedam uocum producendarum qualitas, uel est deriuatio plurimuocum ab uno, eodemque principio. Dico etiam quod proprietas nihil aliud est quam dicta cantuum.

Discipulus. Quid est proprietas? [sqb] quadri? Magister. est proprietas, per quam in omni loco cuius clavis est G. ut canitur et ex illo ceterae uoces deducuntur. Discipulus. Quare dicitur [sqb] quadrum? Magister. dicitur [sqb] quadrum quia est tonus ante tonum et profertur uoce acuta, et dura, et uox quae in eo est scilicet mi debet esse aspera.

Discipulus. Quid est proprietas naturae? Magister. est illa per quam in omni loco cuius clavis est C. ut canitur, et ex illo ceterae uoces deducuntur. Discipulus. Quare dicitur natura? Magister. dicitur quia est cantus sumptus sine dicta idest sine utraque [sqb]

quadro, et b molle. Discipulus. Quid est proprietas b mollis? Magister. est illa per quam in omni loco cuius clavis est F ut canitur per b molle, et ex illo ceterae uoces deducuntur.

Discipulus. Quare dicitur b molle? Magister. dicitur quia est semitonus, uel stat in loco semitoni, et profertur uoce plana et rotunda, quia leuis, et suauis debet esse uox quae in eo est scilicet fa, [-38.-] et ideo dicitur b molle, quia suauis est cantus b mollis. Existentibus igitur modis siue proprietatibus tribus totius cantus pro ipsarum habenda notitia cuilibet unica est littera assignata. Nam proprietati naturae data est littera C. b molle F. [sqb] quadri C. unde uersus

Naturae modum per c. cantare solemus.

F. b molle notat G. [sqb] quadrumque ostendit

Quibus proprietatibus principium uocibus conceditur. Vt.

Quae est uox quam ceterae uoces sibi ordinatae scilicet ut. re. mi. fa. so. La. per eandem proprietatem sequuntur, ut demonstratione patet hic inferius uidelicet.

De Mutationibus

Capitulum XXXVI.

Discipulus.

Quid est mutatio? Magister. est unius uocis in aliam uariatio, et hoc dupliciter intellegitur scilicet mutare ab uno loco in alium, ut diceremus a gammaut, in are, uel ab are ad [sqb] mi, et sic de singulis. Alio modo intelligitur sicut dicit ille Doctor Boetius, quod mutatio est alicuius uocis; uel notae unius [-39.-] proprietatis inalteram eiusdem soni, atque loci uarietate acceptio, et haec est firma ratio. Discipulus. In gammaut possumus facere mutationem? Magister. non. quia ubi est una sola nota, non possumus facere mutationem.

Nam sicut de solo homine non potest nasci populus, ita de sola nota non potest fieri mutatio. Discipulus. In b fa [sqb] mi sunt duae uoces, in tali loco possumus facere mutationem? Magister. non secundum quod dicunt, et includunt plures cantores, duplici

ratione, prima, quia in tali loco sunt duae diuersae littere, et duae diuersae uoces, uel notae. Prima enim littera cum sua uoce sic scribitur. B fa, et cantatur per b molle. Altera uero littera cum sua uoce sic scribitur [sqb] mi, et cantatur per [sqb] quadrum. Dico quod

mutationem fieri in eadem uoce, et in eodem sono non potest, quia b molle habet significare mollitiem, et [sqb] quadrum habet significare duritiem. Nam mollities, et durities non conueniunt simul, sed sunt contrarietates, quia fa, mollificatur, et, mi, dure datur. Ergo de fa in mi, et de, mi, in fa non fit, nec potest fieri mutatio, et caetera. Dico etiam quod, mi, est altiora fa per uno semitonio maiori quod est apothome, ut infra patebit. Et si mi est altior fa, dico quod diferunt sono per semitonium maius, et non est alid nisi una sola nota pro spatium, uel sub una littera, et sola uox nequit uariari, sicut est in gammaut. are. [sqb] mi, et ela, ut patet hic per exemplum uidelicet

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 39; text: b fa, [sqb] mi]

Alia ratio dico quod in b fa [sqb] mi sunt [-40.-] duae diuersae clauis silicet clauis rotunda quae designat b molle cum sua nota silicet fa, et clauis quadrata quae designat [sqb] quadrum cum sua uoce uel nota silicet mi. Et quia inter fa, et mi interponitur littera [sqb] quadri quae facit diuisionem inter eas, et nullo pacto possunt simul conuenire. Ideo dico quod clauis rotunda et clauis quadrata non possunt ad inuicem reserari, sed tamquam contraria esse uidentur, quia clauis rotunda non potest reserare quadram, nec clauis quadrata potest reserare rotundam, et ita tales quoces silicet mi fa, et fa mi, inuicem transmutare non possunt, sicut dixi superius. Et ideo per tales rationes concludo quod in tali loco silicet in b acuto, et b supracuto, non fit mutatio quamuis sint duae uoces in talibus locis: nihilominus non sunt equales in sono, quia ad mutationem faciendam requiritur, quod ibi sint duae uoces unisonum facientes, et quod proprietates per quas fit mutatio, ingantur ad inuicem in una uoce. Discipulus. Ergo ubi debemus facere mutatione? Magister. dico quod mutatio fi, uel fieri potest in quolibet loco, ubi duae, uel tres uoces, uel notae nomine sunt disiunctae, quae quidem sub una sola littera includuntur. Discipulus. Quot sunt mutationes in manu Guidonis? Magister. quinquaginta duae, ut potes uidere, uel numerare in imagine [imagini ante corr.] manus. Sunt enim quatuordecim mutationes in litteris grauibus, et in litteris acutis sunt uiginti octo, et in litteris superacutis sunt decem, et scire debes quod uiginti sex fiunt in ascensu, et uiginti sex in descensu. Et nota quod tres sunt species mutationis [-41.-] silicet mutatio imperfecta, mutatio perfecta, et mutatio perfectissima. Discipulus. Quid est mutatio imperfecta? Magister. est illa quae fit mutatio per tonum. Discipulus. Quid est mutatio imperfecta? Magister. est tertia pars ualoris totius notae, aut partis ipsius abstractionem. Discipulus. Quid est mutatio perfecta? Magister. est illa quae fit à natura in b molle, et e conuerso, idest quando fit mutatio per diatessaron. Quid est perfectio? Magister. est equiuocum ad duo, nam notae in sua perfectione permanentiam, et totius cantus, aut particularum ipsius conclusionem designat. Vnde pro primo significati sic diffinitur, uidelicet. Perfectio est qualiter nota maneat perfecta ostensio, et pro secundo sic, uidelicet. Perfectio est totius cantus, aut particularum ipsius perfectionis cognitio. Discipulus. Quid est mutatio perfectissima? Est illa quae fit à natura in [sqb] quadrum, et e conuerso, idest quando fit per diapente solum per ascensum, per descensum autem est mutatio perfecta, et ita est. et caetera.

[signum] Praeterea notare debes finem uocum uariandarum, siue mutationum, quarum si terminatio fiat in ut. re. uel mi. ascendendo, tunc facimus mutationem. Si uerò uocum uariandarum, siue mutationum terminatio fiat in fa. so; et la. tunc descendendo mutamus, uel uariamus. Vnde uersus: ut. re. mi. scandunt: fa. sol. la. quoque descendunt.

Discipulus. Sine necessitate possumus facere mutationem. Magister. non. nisi in causa necessitatis, et ratio est ista, quia si per unam proprietatem possumus [-42.-] cantare, non debemus facere mutationes alterius proprietatis, sed uitare. Vnde scire debes quod duplex est necessitas: Prima necessitas dico, quod est quando una proprietas non sufficit ad ascensum, uel descensum cantus, et tunc oportet mutationem facere proprietatis ipsius,

in aliam cantui magis deseruientem. Secunda uero necessitas, dico quod licet una proprietates per ascensum, et descensum cantui deseruiet; tamen de necessitate mutatur in aliam, ad cantum magis armonicum faciendum, ut sepe fit de [sqb] quadro, in b. molle, et e conuerso, et tunc totaliter non debemus uitare mutationem sicut patet hic inferius uidelicet.

[-43.-] [Cannutijs, Regulae Florum Musices, 43.; text: Primus locus mutationis [sqb] quadri, et naturae. Secundus, tertius, Quartus, Quintus, b, mollis, Sextus, Septimus, Octauus, Nonus, Decimus, Vndecimus, Duodecimus, Tertius decimus, Quartus decimus]

[-45.-] De b molle: quare inuentum fuit

Capitulum XXXVII

Discipulus.

Quare inuentum fuit b molle? Magister. quod fuit inuentum tribus de causis. Prima causa dicitur necessitas. Secunda dicitur causa triton. Tertia dicitur causa essentiae. Discipulus. Quae est causa necessitatis? Magister. causa necessitatis est quando cantus ascendit gradatim, uel immediatè ab f. graui, usque in b fa [sqb] mi tam in graui quam in acuta littera, et non amplius, et immediate desceindit in eadem f faui, aut in g. graui, aut in g acuto ad minus. Tunc non mutatur in [sqb] quadrum, sed in b molle propter necessitatem Discipulus. Quare dicitur causa necessitatis? Magister. necessarium est cantoribus propter meliorem modulationem uocum, aut sonoritatem omittere [sqb] durum, siue quadrum, et accipere b molle, quoniam inuentus fuit cantus euphoniae idest bonae sonoritatis. Vnde si fieret mutatio per [sqb] quadrum ubi regulariter non debet fieri, totus cantus discordaret. Discipulus. Quid est Euphonia? Magister. est bona sonoritas, ut dicit isidorus, quod eu, dicitur bona, et phonia interpretatur sonoritas, quasi bona sonoritas. Augustinus dicit, quod euphoniae, sinphoniae, armoniae, et consonantiae sunt concordantiae uocum in quibus non est absurdus, uel dissonus sonus [signum]. Dico enim certè quod quando cantus ascendit ab f graue, uel à g graue, uel ab a acuto usque ad b acutum tantum, et tangat [tanget ante corr.] prius [-f.46.-] f graue quam c. acutum, tunc debemus facere mutationem per b molle, et cantare per eandem proprietatem, causa necessitatis. Similiter dico ad b f acuto à b f [sqb] mi superacuto, quae unum et idem sunt, et haec est firma ratio, ut dixi superius. Si uero cantus facit mutationes in g. graui, uel in a. acuto, et ascendit in c acutum antequam descendat ad f graue, mutationes debemus facere per [sqb] quadrum, excepto si cantus finitur in b graui, quia in tali loco dicuntur [faciuntur ante corr.] duo toni, idest quintus, et sextus. Et quia propter quintum, et sextum tonum, causa essentiae inuentum fuit b molle, quia causa essentiae non est aliud quam quintus et sextus tonus. Ideo debemus facere mutationes per b molle, et per eandem proprietatem regulariter debemus cantare. Sed irregulariter, et pro uoluntate cantoris possumus cantare per [sqb] quadrum, quia quintus tonus in ascensu per [sqb] quadrum, et in descensu per b molle.

Dè Causa tritoni

Capitulum XXXIII

Discipulus.

Quae est causa tritoni? Magister. Tritonus equiuocatur ad duo silicet ad discordantiam, et coniunctionem. Hic pro primo significato sic diffinitur. Tritonus est discordantia ex mixtura duarum uocum tribus tonis ab inuicem distantium effecta. Et pro secundo, sic diffinitur. Tritonus est coniunctio ex distantia trium tonorum constituta. Dico enim quod causa tritoni est quando cantus [-47.-] subitò, uel immediatè absque aliqua notarum coniunctione ascendit quatuor uocibus in diuersis clauibus, et proprietatibus, ut dicitur, à fa de natura graui, eleuando ad mi b fa [sqb] mi acuto, et e conuerso silicet descendendo;

et à fa, de fa acuto, ad mi de b fa [sqb] mi superacuto. Et tales uoces quae ascendunt, et descendunt per talis litteras supradictas, imediate dicitura quarta minor silicet quarta imperfecta [signum] Discipulus. Vnde, uel quare dicitur tritonus? Magister. dicitur à tris quod est tres, et tonus quasi habens in se tres tonos absque semitonio, et est dura, et aspera consonantia, et quia in eo consistunt, et resonant tres toni. Ideo dico, quod ex ista duritie dicitur causa toni, idest causa uitandi tritonum propter eius malam sonoritatem; tunc ad mollificandum, atque refrenandum tirotni duritiem, inuentum fuit b molle pro ista secunda causa. Sic concludo, quod per tales rationes silicet causa necessitatis, causa tritoni, et causa essentiae de qua dixi superius primo capitulo fuit inuentum b molle.

De coniunctionibus uocum, quae sint in Musica

Capitulo XXXIX.

Discipulus.

Quid est coniunctio in Musica? magister. est unius uocis post aliam continua iunctio, dico etiam, quod est dispositio siue ordinatio sonorum, siue uocum inuicem in sillabis, et dictionibus. Tonus igitur semitonium, ditonus, et semiditonus, coniunctiones uocantur, quae consonantiarum membra proprie nuncupantur. [-48.-] Vnde Isidorus dicit Toni, et Semitonia; Ditoni, et Semiditoni sunt particulae consonantium per quas uoces uocibues et cantus cantibus iunguntur. Discipulus. Tonus à tono, et semitonius à semitonio, et ditonus à ditono, differunt in aliquo? Magister. non differunt in aliquo, licet enim tonus, semitonus, ditonus, et semiditonus, pluribus locis in manu reperiantur, idem tamen semper sunt quod superius esse diffinitur. Discipulus. Quare dicitur coniuncta, uel coniunctio in Musica? Magister. quia transferat uocem de proprio loco ad improprium locum, et facere de tono semitonium, et e conuerso, et facere de tono regulari semitonium irregulare, et de semitonio regulari facere tonum irregulare. Dicitur etiam quod est apposition b rotundi, aut [sqb] quadri in loco irregulari.

[-49.-] [Cannutijs, Regulae Florum Musices, 49; text: [Gamma], A, b, [sqb], C, d, E, f, [gamma], Bis diapason: Diapente, Diatessaron, tonus, Ditonus, Semiditonus, Simitonus minor, tritonus, Diapason et diapente connexae, Diapason]

De Consonantijs in Cantu plano.

Capitulum XXXX.

Discipulus.

Quid est consonantia in cantu? Magister. est duarum uocum simul sonantium probatio. Et secundum Magistrum Guidonem in arte musica, nos inuenimus, quod nisi duae uoces simul sonarint, ibi consonantia esse non poterit. Dico etiam quod consonantia, siue concordantia est unus cantus diuersarum uocum, siue diuersorum sonorum mixtura dulciter auribus conueniens silicet cum melodia. Et nota quod haec consonantia aut perfect, aut imperfecta est. Discipulus. Quid est consonantia, siue concordantia perfecta? Magister. est illa quae continue pluries ascendendo, uel descendendo fieri non potest sicut est unisonus, diapente, sub, et supra quantum uis cum diapason. Discipulus. Quare dicitur consonantia, siue concordantia? Magister. dicitur à consonando, quia uoces simul sonant. Discipulus. Quod est melodia? Magister. idem est quod armonia. Discipulus. Vnde dicitur melodia? Magister. dicitur à melos quod est dulce, et dios, quod est cantus, quasi dulcis cantus. Discipulus. Quid est melos. Magister. idem est quod melodia. Discipulus. [-51.-] Quot sunt consonantiae in cantu plano? Magister. secundum antiquos magistros artis musices non sunt nisi septem silicet Tonus, Semitonus, Ditonus, Semiditonus, Diatessaron, Diapente, et diapason. Secundum uero modernos cantores habemus istas alias consonantias silicet Unisonus, Tritonus, Exacordum maius, et Exacordum minus; Eptacordum maius, et Eptacordum minus. Quae omnes sunt tredecim consonantiae, siue

species cantus, de quibus aliquae sunt simplices, et aliquae compostae. Discipulus. Quot sunt simplices? Magister. sunt octo scilicet Unisonus, Tonus, Semitonum, ditonus, Semiditonus, Diathesaron, Tritonus, et diapente. Aliae sunt compostae scilicet Exacordum maius, et Exacordum minus, Eptacordum maius, et Eptacordum minus, et Diapason. Et hanc definitionem facit Pater Franciscus Bonaventura de Brixia. Sed nos dicimus, quod praedictarum consonantiarum aliquae sunt simplices, aliquae sunt compostae, et aliquae sunt mediae. Aliquae sunt perfectae, et aliquae sunt imperfectae. Dico quod consonantiae simplices sunt quatuor scilicet Unisonus, Tonus, Semitonus, et Ditonus; et ratio est ista, quia non componuntur ex alijs consonantijs, sed solummodo formantur ex uocibus simplicibus. Consonantiae uero compostae dico quod sunt sex scilicet Semiditonus, Exacordum maius, et Exacordum minus, Eptacordum maius, et Eptacordum minus, et Diapason; et dicuntur compostae quia componuntur ex alijs consonantijs. Mediae autem sunt tres, scilicet Tritonus, Diathesaron, et Diapente; et ideo dicuntur mediae, quia faciunt concordantiam in quartam, [-52.-] et quintam uocem cum quatuor litterijs consonantiarum. Perfectae uero duae sunt, idest Unisonus, et Diapason; et dicuntur perfectae, quia tam in litteris quam in uocibus sunt pares. Et maxime ut ait Boetius in capitulo de littera quae dicitur {gamma} gamma, quod haec consonantia scilicet Diapason inuenitur perfecta scilicet a littera simili, ad suam similem, et quia in se continet numerum perfectum litterarum, et uocum, ideo dicitur perfecta. Imperfectae autem sunt tres scilicet Ditonus, Semiditonus, et Tonus cum diapente, et dicuntur imperfectae. Quia non concordant, nec discordant, sed medium tenant, et quasi ultimo perueniunt ad concordantiam consequendam secundum dispositionem cantoris, et hanc definitionem teneo.

Dè Unisono

Capitulum XXXXI.

Discipulus.

Quid est unisonus? Magister. Unisonus habet duo significata, in solum sonum, et concordantiam. Pro primo sic diffinitur, uidelicet, Unisonus est elementum musicae, quia ex unisonis omnis cantus componitur; et pro secundo sic diffinitur, uidelicet, Unisonus est concordantia ex mixtura duarum uocum, in uno, et eodem loco positarum effecta, quem dicunt fontem, et originem omnium concordantiarum. Discipulus. Vnde dicitur unisonus? Magister. dicitur ab una, et sonus quasi unus sonus insimul sonans, [-53.-] et haec consonantia dicitur perfecta, sicut dixi superius, quia tam in sono, quam in littera, et in uoce concordatur, ut patet hic exemplum, uidelicet.

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 53.; text: Unisonus.]

Dè tono: et de eius speciebus.

Capitulum XXXXII

Discipulus

Quid est tonus? Magister. quod equiuocum est ad quatuor. Nam significat coniunctionem, concordantiam, intonationem, et tropum. Pro primo significato dico, quod tonus est coniunctio ex distantia quinque diesum constituta; et pro secundo, dico, quod tonus est concordantia ex mixtura duarum uocum, et quinque diesibus ab inuicem distantium effecta; et pro tertio dico, quod tonus est cantus intonatio; et pro quarto, dico quod tonus est tropus per quem omnis cantus debite componitur. Tonus ergo qui omnium prima, et integra dicitur esse coniunctio, est consonantia composita duorum sonorum per spatium integrum immediate iunctorum acceptio, et est firma uox, et quaedam consonantia, continens in se duas uoces, et generat audietur perfectum sonum. Discipulus. Vnde dicitur tonus? Magister. dicitur ab intonando [-54.-] imperfecte, et integre pronuntiando. Dicitur etiam a

thangos, quod interpretatur sonos, quasi tonus perfecte sonans, quia utrumq;esonum plene, et integre pronuntiare debemus. Et nota; quod in quolibet loco inueniatur tonus, nisi inter fa, et mi, quod est locus semitonij ut patet infra in capitulo de Semituono. Discipulus. Quot sunt species toni? Magister. octo sunt species toni silicet quator ascendendo, et quatuor descendendo. Ascendendo sunt isti silicet ut. re. re mi. fa. sol. la. Descendendo sunt per e conuerso, ut patet hic exemplum.

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 54.; text: Tonus]

Dè Semitono majori, et minori.

Capitulum. XXXXIII.

Discipulus.

Quid est semitonus? Magister. Quod equiuocatr ad duo idest ad discordantiam, et coniunctionem. Primo dico quod semitonus est discordantia ex mixtura duarum uocum, et duarum, aut trium diesium ab inuicem distantium effecta. Et pro secundo dico, quod semitonus est coniunctio ex distantia duarum, eut trium diesium constituta. Et ità collige duplicem esse semitonium [-55.-] in maiorem, et minorem. Discipulus. Quid est semitonus maior? Magister. est illud quod constat ex tribus diesibus silicet à mi, de b fa [sqb] mi, usque ad fa in eodem loco, quod à pluribus, apothome, seu semitoniumdiatonicum appellatur, ut superius in capitulo de mutationibus mentionemfeci. Et hic pertinet ad illos qui sciunt organizare. Habemus alium cantum cromaticum qui dicitur Semitonium, quod intenditur per tonos, qui dum candendo fit aliqua uox ad pulcritudinempronuntiationis sustinetur. Discipulus. Quid est semitonus minor? Magister. est illud quod ex duabus diesibustantummodoconstat, ut est à mi, de, alamire tam acuto, quamsuperacuto, usque ad fa, de b fa [sqb] mi, qui à Platone appellatur lima silicet semitonium minus, ab alijs uero appellatur semitonium enarmonicum. Dico ergo quod quotiescumque semitonium per se scriptum inuenitur, aut dicitur, minus esse intelligitur. Et nota quod semitoniumminus est pars uocum et quedam consonantia duorumsonorum inequalinum per spatiumimperfectum, et non integrum, imediate iunctorum acceptio. Discipulus. Vnde dicitur semitonus? Magister. dicitur à semi, quod est imperfectum, uel incompletum, uel non integurm, et tonusquasi imperfectus, et non integer tonus. Exempli gratia, si aliquis caret manibus, uel pedibus uocatur semiuir, perfectus non est, et ideo sicut tonus, perfecte, complete, et integre pronuntiat. Ità semitonium quod duarum partium toni, minor pars est. Imperfect, incomplete, et non integre, pronuntiar debet, [-56.-] sicut manifeste intelligenti prolatione, et in monachordo patet. Discipulus. Vnde constat semitonium minus? Magister. constat ex duabus uocibus tam ascendentibus, quam descendentibus, et est illa distantia quae est interfa, et mi, et mi, inter fa, ut infra patebit exemplum.

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 56.,1; text: Semitoniumminus, semitonium]

De Semitono maiori.

Capitulum XXXXIV.

Discipulus.

Est autem semitoniumdiatonicum, sicut dixi superius, quod est maius, quod inuenitur solum in b fa [sqb] mi tam acuto, quam superacuto, quod de mi facit fa, et e conuerso, et dicitur semitonium maius, quia tam in ascensu quam in descensu; illi qui sciunt organizare, fagiunt uarietatem, à fa, in mi, et à mi in fa. ut patet hic uidelicet. [signum]

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 56.,2; text: [signum] Semitonium maius, fa, mi]

De Semitonio qui dicitur cromaticum, siue excellens, ut superius dixi, fit per fictam musicam silicet quando de tono per musicam planam facimus semitonium [-57.-] perfectam musicam. Et isti semitonij cromatici, siue colorati fiunt in descensu idest quando de fa, uel de ut, naturali facimus mi accidentale, ut inferius patebit. Et talis cantus cromaticus intenditur per tonos, eet dum canendo fit aliqua uox ad pulcritudinem pronuntiationis sicut superius Decladaui. Et non mireris de tali demonstratione, quod in f. graui figuratur, mi: quia eius deduction accipitur I d. grauis, et cantatur per [sqb] quadratum, ut dicemus in capitulo de coniuncta seu de ficta musica in fine libri. Hic patet demonstratio uidelicet

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 57.; text: mi, fa, sol, la]

De ditono: et de eius speciebus

Capitulum XXXXV.

Discipulus.

Quid est ditonus? Magister. est equiuocus ad duo silicet ad concordantiam, et coniunctionem; unde pro primo significato, dico quod ditonus est concordantia ex mixtura duarum uocum ab inuicem duobus tonis distantia effecta. Et pro secundo sic dico.

Ditonus est coniunctio ex duorum sonorum, seu tonorum distantia constituta per duo spatia plena, integra, atque perfecta iunctorum. Discipulus. Vnde dicitur ditonus?

Magister. dicitur a dia, quod est duo, et tonus, quia ex duobus iungitur tonis, et habet in se tres uoces, et duo interualla. Et quia ex tonis est eius compositio, ideo debet esse perfecta, plena, et integra eius pronuntiatio. [-58.-] et haec consonantia habet in se duas species silicet ut mi, et fa, la; quae sunt species perfectae ut patet exemplum, uidelicet.

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 58.; text: Ditonus. in acutis]

De Semiditono: et de eius Speciebus.

Capitulum XXXXVI.

Discipulus.

Quid est semiditonus? Magister. quod equiuocus ad duo silicet ad concordantiam, et coniunctionem. Pro primo dico, quod semiditonus est concordantia ex mixtura unius toni, et semitonij ex duarum uocum ab inuicem distantium effecta. Et pro secundo dico, est coniunctio ex distantia unius toni, et semitonij constituta, quae est per tres uoces, siue sonos, et dicitur tertia imperfecta, quia continens in se tonum, et semitonium per spatium unum plenum, integrum, atque perfectum; et aliud non integrum, sed imperfectum iunctorum acceptio. Discipulus. Vnde dicitur semiditonus? Magister. dicitur a semi idest non plenum, et non perfectum, et ditonus quasi perfectus tonus, cum imperfecto et incompleto tono. Et nota, quod semiditonus non potest habere perfectam pronuntiationem sicut ditonus qui est tertia perfecta, quia ex maioris semitonij deperditione ad ditoni, perfecta spatia [-59.-] non attingit. Idcirco tertia perfecta, et semitonij imperfectam habent prolationem, ut inferius patebit. Et haec consonantia tenet in se duas species silicet re. fa; et mi. sol. Quae sunt species imperfectae exemplum.

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 59.; text: Prima Species Semiditoni, Secunda, in acutis]

De diathesaron: et de eius Speciebus.

Capitulum XXXXVII.

Discipulus.

Quid est Diathesaron? Magister. quod habet tria significata idest concordantiam, coniunctionem, et proportionem. Pro primo significato dico, quod est concordantia secundum quid ex mixtura duarum uocum ab inuicem tono, et semiditono, uel e contra distantium effecta. Et pro secundo sic. Diathesaron est coniunctio ex distantia duorum tonorum, cum semitonio proposito, uel intermisso constituta. Et pro tertio dico, quod est proportio, qua maior numerus ad minorem relatu? continet illum in se totum, et eius insuper tertiam partem aliquotam ut quatur ad iii; et octo ad sex. Dico quod Diathesaron est, uel fit per quatuor sonos constituentes duos tonos, et unum semitonium minus. Discipulus. Vnde dicitur Diathesaron? Magister. dicitur [-60.-] à dia, quod est duo, et theras, uel thesaron, quod est quatuor quasi constans ex quatuor uocibus. Et nota quod non omnis quarta uox facit diathesaronicam speciem, ut est à fa de fa graui, ad mi de b. fa [sqb] mi acuto, et à fa, de f. acuto, ad mi de b fa [sqb] mi superacuto, in talibus locis non fit diathesaronica species propter ditonum sicut dixi superius in capitulo de causa tritoni. Ideo omni consonantia semper unam speciem habet minus; solum enim potest fieri diathesaronica species in locis praedictis per falsam, uel fictam musicam, uel musicam, uel inusitatam, aliter non potest fieri. Et nota, quod regula generalis est, quod ubicumque inueniuntur duo toni, et semitonium adhebeunt diathesaron non deerit. Et haec consonantia habet in se tres species silicet re. sol. Gradatim, uel immediate, tam in ascendendo, quam in descendendo, semper fit prima species diathesaron. Sed ubicumque inueniuntur similes sillabae idest mi. la; et la. mi. gradatim, uel imediate, fit sempre secunda species diathesaron. Et quando reperiuntur similes uoces idest ut. fa; tam ascendendo, quam descendendo, et fa, ut, gradatim, uel imediate, sempre fit tertia species diathesaron, ut patet inferius. uidelicet.

[-61.-] [Cannutijs, Regulae Florum Musices, 61.; text: Prima species diathesaron, Secunda, Tertia]

Dè Diapete, et dè eius speciebus

Capitulum XXXXVIII.

Discipulus.

Quid est diapente? Magister. habet tria significata. in concordantiam; connectionem, et proportionem. Primo dico, quod est concordantia ex mixtura duarum uocum simul idest diathesaron, et tono, aut tritono, et semitonio distantium effecta. Et pro secundo, dico, quod est coniunctio ex distantia diathesaron, et toni, aut tritoni, et semitonij constituta. Et pro tertio dico sic. Diapente est proportio, qua maior numerus, ad minorem relatus, continet illum in se totum, et eius insuper alteram partem aliquotam, ut sunt tres ad duo, et sex ad quatuor; et ità notare debemus, triplex esse diapente idest diapente perfectum; diapente imperfectum, et diapente superfluum. Discipulus. Quid est diapente perfectum. Magister. est illud quod constat ex tribus tonis, et uno semitonio minori; dico etiam quod diapente perfectum fit ex diathesaron, et tono supradicto, quod quinque uoces tantum habet. Et nota, quod quamuis diapentica species quinque uocibus compleatur, atamen non omnis quinta uox diapentica speciem facit, quia diapente perfectum constat ex tribus tonis, et uno semitonio minori, hoc est semel mi, fa, interposito sicut superius dixi, quia à, mi, de elami graui, ad fa, de b fa [sqb] mi, tam acutum, quam superacutum, [-62.-] sunt quinque uoces et quatuor interualla, nihilominus non faciunt diapenticam speciem, quia in duo semitonia minora, et duo toni esistunt, et illa semitonia minora non equipollent tono. Et ideo secundum Boethium quae est fons et origo illustris musicalis scientiae patet, quod nullo modo fieri potest. Immo ipse Boethius damnauit, et damnat Aristoxenum musicum, qui dicebat, quod diapentica species potest fieri in quolibet loco ubi quinque uoces tantum compleantur. Sed ipse Boethius dicit totum in gemina, equa partiri. Et si non credis dictis

meis, uade ad eundem Boetium si potes reperire, quia pauci sunt libri de musica, et uidebis utrum dicam uerum, uel falsum. Concludo ergo quod diapente perfectum quotiescumque sine aliqua adiectione ponitur, uel inuenitur, et in se retinet tres tonos, cum uno semitonio maiori, sicut superius dixi hoc est semel mi, fa, semper de perfecto intelligitur. Et haec consonantia habet, uel retinet in se quatuor species silicet re. la. mi. mi. fa. fa; et ut. sol. Et nota, quod ubicumque reperitur. re. la. gradatim uel imediate, tam in ascensu, quam in descensu, semper fit prima species diapente, et formatur ex prima specie diathesaron, et tono in acutiori parter super adito, succedentibus his sillabis supradictis silicet re. mi. fa. so. la. Sed ubicumque inuenerit has sillabas silicet mi. fa. sol. re. mi. faciendo mutationem, per [sqb] quadrum, ut diceremus ab elami graui, ad mi de b fa [-63.-] [sqb] mi acuto, tam gradatim, quam imediate per ascensum, et descensum, semper fit secunda species diapente, quia formatur ex secunda specie diathesaron; et tono. Tertia uero species quae dicitur fa. fa. formatur et tritono, et semitonio ut diceremus, à fa. de f. graui, ad fa de c acuto faciendo mutationem per [sqb] quadrum, dicendo. fa. ut. re. mi. fa. tam in ascensu, quam in descensu. Vbicumque fuerit similim coniunctio uocum, semper fit tertia species diapente. Quarta species diapente formatur ex tertia specie diathesaron, et tono in acutiori parte supradicto, succedentibus his sillabis silicet ut. re. mi. fa. sol. tam ascendentibus, quam descendentibus gradatim, uel imediate. Dico quod ubicumque fuerit similium sonorum commixtio, semper fit quarta species diapente. Vt hoc monstratur exemplo. Et nota quod tales supradictae species sunt perfectae. Et quia ineis retinent perfectionem, ideo faciunt consonantiam diapente perfectum. et caetera. Videlicet.

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 63.; text: Prima species diapente perfecti, Secunda, Tertia, Quarta]

[-64.-] Dè Diapente imperfecto.

Capitulum XXXXVIII.

Discipulus.

Quid est Diapente imperfectum? Magister. est illud quod constat ex duobus tonis, et duobus semitonijs, ut diximus superius primo capitulo de diapente perfecto ut dicitur à mi dè elami graue, ad fa dè b fa [sqb] mi am acuto, quam superacuto, quia faciunt quinque uoces, et quatuor interualla, et non faciunt diapenticam speciem silicet perfectam, ut superius dixi, sed imperfectam, quia ibi duo semitonia minora et duo toni esistunt. Et illa semitonia minora non equipollent tono. Et ideo dicitur diapente imperfectum. Vt patet exemplum. Videlicet.

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 64.; text: [signum] Diapente imperfectum]

De Diapente superfluo

Capitulum L.

Discipulus.

Quid est diapente superfluum? Magister. est illud quod constat ex tribus tonis, et uno semitonio maiori. Verbi gratia, si in elami acuto fingatur fa, et contra hoc ponatur mi in b fa [sqb], mi superacuto. Tales uoces dicuntur diapente superfluum. Discipulus. Vnde dicitur diapente? Magister. dicitur à de quod est duo, [-65.-] et pente quod est quinque quasi consonantia de quinque uocibus constituta. Et nota quod haec duo ultima diapente silicet diapente imperfectum, et diapente superfluum sunt discordantia quia in eorundem diuersorum sonorum, seu mixtura naturaliter offenduntur. Et talis demonstratio facilis describitur. Videlicet.

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 65.; text: [signum], Diapente superfluum]

De Exacordo majori.

Capitulum LI. Discipulus.

Quid est exacordium maius quod dicitur diapente cum tono? Magister. quod habet duo significata, idest concordantiam, et coniunctionem. Hinc pro primo significato dico quod est concordantia ex mixtura duarum uocum silicet diapente, et tono distantium effecta. Et pro secundo dico quod est coniunctio ex distantia diapente, et toni constituta, hoc est collectio sex uocum, primo faciens diapenticam speciem, et post tonum in fine sibi adsotiato, in quo quidem ascensu, uel descensu non interponitur nisi semel m. fa.

Continentes in se quatuor tonos, et unum semitonium minus quod est mi. fa; ut dixi, et fa. mi. Concludo enim, quod exacordium maius, quod dicitur diapente cum tono, non est aliud nisi ascensus, et descensus in sextam uocem, quae dicitur species perfecta.

Discipulus. Vnde dicitur exacordium [-66.-] maius, quod dicitur diapente cum tono?

Magister. dicitur ab ex quod est sex, et corda, quod est uox, quasi constans ex sex uocibus, et diapente dicitur à quinque, et tono, quasi continens diapente, et tonum. Et habet spetium inter se duas uoces silicet ab ut de natura, ad la, de eius proprietate. Et à re de natura, ad mi de [sqb] quadro, et sic de singulis, ut patet exemplum. uidelicet.

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 66.]

Dè Exacordo Minori.

Capitulum LII.

Discipulus.

Quid est exacordium minus, quod dicitur diapente cum semitonio? M. quod equiuocatur ad duo idest ad concordantiam, et coniunctionem. Hic pro primo significato dico, quod est concordantia ex mixtura duarum uocum silicet diapente, et semidonio distantium effecta.

Et pro secundo dico, quod est coniunctio ex distantia diapente, et semitonij constituta silicet per sex uoces, in quibus uocibus interponitur bis, mi. fa. continens in se tria interualla plena cum duabs minoribus iunctis. Dico ergo quod exacordium minus quod dicitur diapente cum semitonio, non est aliud nisi ascensus, et descensus in sextam [-67.-] uocem quae dicitur species imperfecta.

Discipulus. Vnde dicitur exacordium minus quod dicitur diapente cum semitonio? Magister dicitur ab ex, quod est sex, et corda, quod est uox quasi constans ex sex uocibus, sicut dixi superius in capitulo de exacordo maiori, et diapente, quod dicitur quinque, sicut declaratum est supra capitulo de diapente, et semitonio quod dicitur à se. mi. quod est imperfectum, ut diximus supra capitulo de semitonio. Dicitur autem exacordium minus, uel diapente cum semitonio, quasi species composita ex sex uocibus, continentes in se tres tonos cum duobus semitonij minoribus. Vt diceremus à mi de [sqb] mi graui, ad sol, de g graui; et à mi, de elami graui: ad fa de c. sol faut acuto, et dicitur sexta minor ut patet exemplum. uidelicet.

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 67.; text: Exacordium minus]

De Eptacordo majori.

Capitulo LIII.

Discipulus.

Quid est eptacordum maius, quod latine dicitur diapente cum ditono? Magister. quod equiuocatur ad duo idest ad discordantiam, et ad coniunctionem. Pro primo enim dico, quod est discordantia [-68.-] ex mixtura duarum uocum ab inuicem diapente, et ditono distantium effecta. Et pro secundo dico, quod est coniunctio ex distantia diapente, et

ditoni constituta, hoc est collectio septem uocum, ponendo quinque plena interualla, in quibus solommodo interponitur mi. fa. hoc est numerum interualli complectens. Dico enim quod eptacordum maius quod dicitur diapente cum ditono, non est aliud nisi ascensus, uel descensus in septimamuocem, et est septima maior. Discipulus Vnde dicitur eptacordum maius, quod dicitur diapente cum ditonio? Magister. dicitur ab epta, quod est septem, et corda quod est uox, quasi constans ex septem uocibus. Et dia dicitur à de, et pente quod est quinque, et ditono quod est duo, quasi continens in se diapente cum duobus tonis. Vt patet per exemplum.

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 68; text: Eptacordum maius.]

Dè Eptacordo minori

Capitulum LIII.

Discipulus.

Quid est eptacordum maius, quod latine dicitur diapente cum semiditono? Magister. quod habet duo significata silicet discordantiam, et coniunctionem. Pro primo sic dico, quod est discordantia [-69.-] ex mixtura duarum uocum ab inuicem diapente, et semiditono distantium effecta. Et pro secundo dico quod est coniunctio ex distantia diapente et semiditoni constituta. Hoc est collectio septem uocum, et sex interuallorum quarum quattuor plene, et duos numeros plenos complectentes. Nam certum est quod eptacordum minus non est aliud nisi ascensus, et descensus in septimam uocem, et est septima minor. Discipulus. Vnde dicitur eptacordum minus quod dicitur diapente cum semiditono? Magister. quod dicitur ab ipsa, sicut declarauit superius in capitulo de eptacordo maiori quod est septem, et corda, quod est uox, quasi constans ex septem uocibus. Et dia dicitur à de, et pente. quod est quinque, et semi ditonio quod dicitur à semi. idest non pleno, sed imperfecto, ut supra capitulo de semiditono, et etiam de semitono diximus. Dicitur enim eptacordum minus, uel diapente cum semiditono, quasi species composita ex septem uocibus continentes in se tres tonos cum duobus semitonij minoribus, ut diceremus ab ut. de c. graui, ad fa, de b fa [sqb] mi acuto; et ab, ut, de c. acuto, ad fa de b fa [sqb] mi superacutum, et dicitur septima minor. Vt patet exemplum.

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 69.; text: Eptacordum minus]

[G. infra lin.]

[-70.-] De consonantia Diapason

Capitulum LV

Discipulus.

Quid est diapason? Magister. quod equiuocatur ad tria, in discordantiam coniunctionem, et proportionem. Pro primo, dico, quod est concordantia ex mixtura duarum uocum ab inuicem imperfecto diapente, et diathesaron. Aut imperfecto diapente, et tritono distandium effecta. Et pro secundo dico, quod es coniunctio ex distantia perfecto diapente, et diathesaron, aut imperfecto diapente, et tritono constituta. Et pro tertio Diapason est proportio, qua maior numerus, ad minorem relatus, continet illum in se, bis precise, ut duo ad unum, et quatuor ad duo. Et nota, quod triplex dicitur diapason silicet perfectum imperfectum, et superfluum. Discipulus. Quid est diapason perfectum? Magister. est illud quod constat ex quinque tonis, et duobus semitonis minoribus. Et nota, quod consonantia diapason perfecti, fit ex octo sonis constituentibus quinque tonos, et duo semitonia, ut dicitur a re, de A. grauis, ad la, de A. acuto; et à mi de [sqb] graui, ad mi de b fa [sqb] mi acuto; et a but de C. graui, ad fa de C. acuto; et à re de d. graui ad sod e d acuto. Et à mi de, e graui, ad la de, e acuto. Et ab ut de f graui, ad fa de f. acuto. Et à g graui, ad g

acutum, ut puta à littera in litteram, dumtamen includant octo uoces seriatim [-71.-] ascendentes, et descendentes, interponentes duo semitonia minora. Dico enim, quod quodescumque diapason per se inuenitur sicut dictum est, de perfecto intelligitur. Et talis speties dicitur perfecta, et quia in eius retinent perfectionem, ideo faciunt consonantiam diapason perfectam. Vt patet hic exemplum. uidelicet.

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 71.; text: Prima Species perfecta. Secunda, Tertia, Quarta, Quinta, Sexta, Septima]

De Diapason imperfect: et Superfluo.

Capitulum LVI.

Discipulus.

Quid Est diapason imperfectum? Magister. est illud quod constat ex quatuor tonis, et tribus semitonijs. Vt dicitur à mi de [sqb] mi [-72.-] graui, ad fa de b fa [sqb] mi acuto. Et à mi de b fa [sqb] mi acuto, ad fa. de b fa [sqb] mi super acuto. Discipulus. Quid est diapason superfluum? Magister. est illud quod constat ex sex tonis, et uno semitonio minor, ut dicitur, à fa de b fa [sqb] mi acuto, ad mi de b fa. [sqb] mi super acuto, et haec duo ultima sunt discordantia, quia in eorundemdiuersorumsonorum, seu mixtura naturaliter aures offendunt, sicut demonstratur inferius. Et nota quod diapason componitur ex omnibus consonantijs, quia dia dicitur à duo, et pan quod est omnis, et son [sonus ante corr.] quod est souns, uel uox, quasi continens ex omnibus sonis. Omnes quidem soni sunt septem in tota musices disciplina, quibus cumprimo replicato haec perecta diapason, sinphonia perficitur. Et sic finitur de consonanijs. Hic patet exemplum de diapason imperfecto, et superfluo. uidelicet.

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 72.; text: Diapason imperfectum, superfluum]

[signum] Fili nota bene, quod quisquis bene naturaliter, et perfecte cantare desiderat, debet habere coniunctiones per manus articulos determinatas. Insuper si menti memoriter insertas, cum consonanijs supradictis à iunctis tenueris peritus cantor eris, si adsit possibilitas uocis facile esse poterit. [-73.-] Quoniam quod medecantes, tentabis auditu, et corde intelligere preualebis. Igitur dico, quod lucidissimum est eas altè memoriae commendare, nec prius ab huiusmodi studio quiescete, donec uocum interuallis agnitis, totius armoniae facilimè queas comprehendere notitiam, quia tam in pausis, quam in clausulis tota armonia formatur. Et haec dicta sufficiunt.

[signum] Sequitur enim dè tropi, seù toni descriptione, seù dè modis, siuè dè tonis.

Capitulum LVII.

Discipulus.

Quot sunt modi siue toni quibus omnis ordo cantus contextitur? Magister. n principio quod greci qui dicuntur artis musicae fuisse repertores quatuor species tonorum, solummodo decreuerunt ad similitudinemquatuor bonorum naturalium, seu quatuor temporum anni ex quibus omnia nutriuntur. Et quia omne genus cantus qui ad planam musicam artificialiter compilatam per aliquam istarum specierum, uoluerunt regulariter ordinari uariasque super inceptions, eleuationes, depositiones, et differentias, imponentes artem, doctrinam, et unde compositam, ac etiam roboratam. Regulis, auctoritatibus, et exemplis suis posteris reliquerunt sub quadruplici fine cantus, in quibus speciebus tonorum imposuerunt nomina, hoc est. Tropum autenticum. Autenticum deuterum. Autenticum [-74.-] tritu,. Et Autenticum retrardum appellauerunt. Quae quidem nomina ab auctoribus ueteribus imposita fuerunt, et nonc ad memoriam reducimus. Beatus autem Gregorius, et alij Latini uidentes, et talium imposterum uestigia indagantes, considerauerunt quod isti quatuor toni

non sufficiebant ad tot uaria cantus genera discernenda. Et propter confusionem quae erat inter ipsos, quia non poterant perficer per ascensum, et descensum ad tot uarias cantus. Ideo sua auctoritate, alios quattuor à uisceribus priorum perspicati scrutinio extrahentes, praedictis quatuor adiderunt, placalesque principalium nominarunt, ita quod ad octouarium peruenerunt. Sic itaque dico quod octo sunt toni per quos omnis cantus ecclesiasticus indicari, dicitur, et dignosci. Quorum primus uocatur protus authenticus. Secundus autem dicitur protus placalis. Tertius uero dicitur authenticus deuterus. Quartus dicitur deuterus placalis. Quintus nominatur authenticus tritus. Sextus uocatur tritus placalis. Septimus dicitur authenticus retrardus. Octauus autem dicitur retrardi placalis. Discipulus. Quid est tropus tonus siue modus? Magister: est plurimum uocum ex diapente, et diathesaron ordinationis speciebus debite coniunctarum in acumine; et grauitate distantium, per ascensum, et descensum congrua neumaum, forma constitutarum conueniens dispositio. Et ideo Graeci à quibus haec musica primitus est exorta, decreuerunt quatuor tropos, ut superius dixi, sub quatuor uocum cognitione scilicet re. [-75.-] mi. fa. sol. hac etiam sub d. e. f. g. primarum litterarum finalem terminantur, ut ex huiusmodi finalium litterarum atque uocu effectus notitia in ipsorum troporum perfectionis, et naturae, ad notitiam ueniremus, quia diuersitatem tonorum non poterimus plene cognoscere, nisi prius uocibus finalibus cognitis, uel litteris, quia omnis res debet a fine nominari. Vt ait Aristoteles in Phisicis. Et ideo patet per metrum, quod propus, seu protus qui latine dicitur primus est collocatus in uoce, re. et d. prima littera sibi coniuncta, cum suo subiugali idest secundo; quod à grecis uocatur protus, seu tropus placalis. Deuterus autem qui latine dicitur tertius. Est collocatus in uoce mi. com suo subiugali scilicet deuterus placalis qui dicitur quartus, et e prima littera sibi coniuncta. Tritus uero qui est quintus, et eius subiugalis idest sextus, in uoce fa, atque f. prima est terminatus. Sed retrardus qui est septimus in uoce sol, et g quae prima, cum suo subiugali scilicet octauus est confinatus, unde prenominate auctor apposuit tales uersus. uidelicet Finis primi. D continet, etiamque secundi. Tertius regulariter e, quartus sibi consortiatur. Quintus finem in f. Sextus quae possidet. Finaliter eadem g, ponitur septimus atque octauus. Haec quidem uoces, et litterae graues sunt, et in eis troporum termini statuuntur, ut authenticorum perfectionibus, atque placalium eorumque formationibus satis fiat ut superius dixi. [-76.-] Concorde enim quod octò sunt tropi, seu toni numero differentes, quorum quilibet sum formam, ordinem, atque modum habet, ut infra patebit exemplo, sed uidemus primum, de litteris confinalibus. uidelicet. De cantibus qui non possunt perficere cursum circa finales cordas.

Capitulum LII.

Sunt enim multi cantus qui non possunt perficere cursum circa finales cordas; sed in finalibus, uel confinalibus tantum terminant, et hoc propter eorundem breuitatem, et compositionem. Guido uero considerando tales cantus quod non perficiebant cursum circa finales cordas, statuit alias quatuor litteras similes in regione acutas scilicet A. b. c. d. primarum litterarum, quae terminantur sub quatuor uocum cognitione scilicet re. mi. fa. sol. Vt huiusmodi litterarum atque uocum effectus notitia in ipsorum troporum perfectionis ad notitiam ueniremus, ut in suprascripto capitulo mentionem fecimus, quod nullus potest plene cognoscere diuersitatem tonorum, nisi prius cognitis uocibus, uel litteris finalibus, quia omnis res debet à fine nominari, ut ait Aristoteles in libro de regimine principum, quod omne agens agit propter finem. Ideo enim dico, quod omnis cantus in regularis qui non possunt perficere finales cordas, possunt finire in istis quatuor litteris acutis confinalibus, geminatim [-77.-] sicut in grauibus, apponendo tales uersus. Videlicet.

Finit in a, primus, pariterque secundus.

In [sqb] tertius iungens, quartum non excludens.

Sub c. fundat quintus, iunctoque sibi sexto.

In d. subdit septimum, addensque sibi octauum.

Intantum quod unusquisque tonus uel cantus per finales, et confinales litteras potes eos indicari, uel iudicari.

[signum] Praeterea sunt multi cantores qui dicunt, quod in supradictis litteris confinalibus non solummodo possunt finire duo toni sicut dictum est per uersus adnotatos, sed per quamlibet litteram propter terminationem uocum possunt terminare, uel finire quatuor toni, dando ipsam regulam. Videlicet. Omnis cantus qui terminatur in A. acuto in uoce la. uel re. aut est primi, aut est secundi toni. Et omnis cantus qui terminatur per b molle in uoce mi, aut est tertius, aut est quartus. Et de hoc patet exemplum in libris ueterum in multis locis, et specialiter in illa antiphona scilicet Benedicta tu in mulieribus, quae terminat in A. acuto per b molle in uoce mi; et est quarti toni. Et sic patet de alijs terminationibus quae terminantur in supradictis litteris, quod longum esset narrare, ut patet etiam in gradualibus scilicet requiem eternam qui finitur, uel terminatur in A. acutum in uoce la. uel re; et est primi toni. Dicunt etiam quod omnis cantus qui terminatur in b acuto in uoce fa, aut est quinti, aut sexti toni, et hoc quia fa cantatur per b molle, [-78.-] et quia quintus, et sextus tonus terminatur per b molle. Ideo: et cetera. Et omnis cantus qui terminatur in uoce mi, aut est tertij, aut quarti toni. In c. acuto possunt terminare uel finire quatuor toni, in quintus, et sextus, septimus, et octauus, dicendo sic. omnis cantus qui terminatur in uoce fa, uel ut, aut est quinti, aut sexti toni. Sed omnis cantus qui terminatur in uoce sol, aut est septimi, aut octauum toni. Et nota quod sunt alioqui, qui dicunt quod septimus, et octauus non mutantur de locis suis, quia raro terminatur cantus in uoce sol. Ita enim est in d. acuto; quod omnis cantus qui terminatur in uoce la; uel re, aut est primi, aut est secundi. Et omnis cantus qui terminatur in uoce sol, aut est septimi, aut octauum toni. Nde uersus uidelicet. Omnis cantus in ijs tantum finitur uocibus, si mutatur, non laudatur. Haec est firma ratio Boetij.

Quomodo praedicti tropi: Modi, siue toni ex supra nominatis speciebus, scilicet Diathesaron Diapente, ac Diapason constituentur, ac formentur.

Capitulum LVIII

Protus tropus, siue tonus qui in ordine primus est suam formam, et recepit esse à diapente, et diathesaron, quoniam ex ipsorum primis speciebus formatur scilicet re. la. prima diapente specie, et re. sol. prima diathesaron ipsi primae [-79.-] Diapente superadita speciei, quae producunt diapason. Haec coniunctae species, quae sunt re. la; et re sol, in d. primo termino inferiori sunt fundatae, et in d. secundo termino superiori terminatae. Igitur forma huius primi tropi, seu toni autentici continet ex prima diapente specie re. la; et ex prima diathesaron superius adiuncta scilicet re. sol. cuius formae demonstratio inferius patebit. Forma subiugalis proti tropi, siue toni est in F. primo cum sua, re, prima diapente species incohata scilicet re. la; et ab eiusdem, prima diathesaron deorsum. tendens species ordinata scilicet sol. re. quae forma à sui autentici specierum autentice non deficit, quamquam in diathesaron positione ab autentici forma distet utriusque tamen finis idem est. Forma igitur placalis huius est ex diapente specie prima scilicet re. la; et etiam ex diathesaron prima specie ipsi coniuncta inferius scilicet sol. re; ut inferius patet exemplo. Videlicet.

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 79.; text: Demonstratio proti perfecti. Placalis. Diapason ex diapente, et diathesaron connexa superius. inferius.]

De deuterone tono.

CLX.

Discipulus. Quid deuterone tonus, seu tropus, qui autenticorum secundus est, sed in ordine troporum dicitur tertius? Magister. est ille qui ex diapente, et diathesaron recipit suam formam, et esse silicet ex secunda diapente specie in e primo, et sua uoce silicet mi inchoante, et in secundo [sqb] et sua uoce, mi terminante, ac etiam ex secunda diathesaron specie, in eodem [sqb] cum uoce sua silicet mi, initium habente et ad, e, secundum cum sua uoce silicet la. terminante formatur. Presentis igitur tropi, seu toni formatio, ex mi. mi. specie diapente secunda, et ex mi, la etiam diathesaron secunda ipsi diapente duplicata specie conficitur, ex quibus hic tropus redditur omnino perfectus; ut inferius patebit. Sed forma subiugalis deuterone ab ipsius deuterone forma, nisi in diathesaron positione non distat, quoniam ex diapente, et diathesaron speciebus recipit suam formam, et utriusque finis idem est. Igitur haec forma in e primo cum sua uoce silicet mi. fundata ex secunda ut diximus specie, componitur diapente ad [sqb] secundum, eiusque mi uoce superius ascendente et ab eodem, e. atque uoce cum coniuncta diapente, ex secunda diathesaron specie descendente. Quae forma est ex mi diapente secunda, et ex la, mi diathesaron inferius secunda specie ut [-81.-] hic inferius patet. uidelicet.

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 81.; text: Demonstratio deuterone perfecti. Diapason ex diapente, et diathesaron coniuncta superius. inferius.]

De tritone tropo sive tono.

C.LXI.

Discipulus.

Quid est tertius tonus, siue tropus qui autenticorum tertius est, sed in ordine troporum dicitur quintus? Magister. est ille qui ex diapente, ac diathesaron consonantijs, suam formam acquirit, et esse. Nam haec forma in tertia diapente, tertiaque diathesaron specie, iunctis conficitur. Ex eius namque fine, atque fundamento quod f. primum, dicitur tertia diapente species exorta silicet fa. fa. in secundo C. terminata cum tertia specie sibi coniuncta diathesaron silicet ut. fa. idest ad secundum f. progressa finitur, quae ipsa diapason consonantiam perfectam constituunt. Recta igitur forma triti ex fa. fa, tertia diapente, et ut, fa. tertia diathesaron est coniuncta ut patet inferius Forma subiugalis triti et sui triti autentici speciebus, quoniam [H infra lin.] [-82.-] ipsius naturae est, acquirit esse, et eius materiae cum ipso, dicitur esse forma. Verum quia ut de caeteris dictum est, placalibus diathesaron consonantia pro huiusmodi infra diapente coniungitur, quae pro autentici forma supra diapente connectitur non uidetur distare a caeteris, et utriusque, idem est fundamentum, et finis. Huius igitur forma placalis, et superius specie diapente tertia fit à fine fa. fa. et sub ipso coniuncta tertia diathesaron fa, ut, ut ex inferiori demonstratione monstratur.

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 82.; text: Demonstratio triti perfecti. Placalis. Diapason ex diapente, et diathesaron coniuncta superius. inferius.]

De tetrato tropo sive tono.

CLXII.

Discipulus.

Quid est tetratonus tonus, siue tropus, qui autenticorum est ultimus, et in ordine tonorum dicitur septimus? Magister. est ille qui ex diapente, ac diathesaron tamquam ex causis efficientibus suam formam, et esse accipit, et acquirit. Omnes namque tropus haec consonantiae suis speciebus efficiunt, [-83.-] ut clare constat ex supradictis. Hanc etenim

tetrardi formam, quarta species diapente producit, quae in g primo fundata ad, d, secundum dicendo, ut sol. terminanda producitur. Et ab eadem d, cum prima diathesaron silicet re. so. Ad g secundum ultimum procedendo finitur. Et ideo dico, quod in g primo ut sol. quarta diapente fundata, cum re, sol, diathesaron prima coniuncta huius tetrardi tropi dicitur esse forma, et perfectio, ut inferius constat exemplo. Forma placalis tetrardi qui in ordine omnium ultimus, et octauus est, à forma ipsius autentici tetrardi sumitur qui quarta diapente, et à prima diathesaron speciebus formatur. Sola quippe diathesaron speciei positio inter eos differentiam facit, quae in autentico supra diapente componitur; sed in hoc placali supponitur, ut in caeteris placalibus lex ista seruetur, g quoque primorum utriusque fundamentum, et finis est. Istius igitur placalis forma, ex diapente specie quarta supra, et ex diathesaron prima componitur infra. silicet ut. sol; et sol. re. ut inferius patet exemplo. uidelicet.

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 83.; text: Demonstratio tetrardi perfecti. placalis, Diapason ex diapente, cui adiungitur superius diatessaron.]

[-84.-] De supradictis tropis quomodo alij sunt perfecti, aliqui imperfecti, aliqui plus quam perfecti; Aliqui misti, et aliqui commisti. Aliqui Regulares, et aliqui irregulares. C. LXIII.

[signum] Fili nota bene quod possumus de perfecto tono, seu tropo talem declarationem dare hoc est. Tropus seu tonus perfectus authenticus, siue placalis, est ille sicut dictum est superius in superdictis capitulis, qui ex ordinatis diapente, ac diathesaron speciebus in acumine, et grauitate coniunctis debita neumarum posita dispositione, rite diapason retinet perfectam formam. Illa igitur à sensu contrario erit imeperfectio tropi, quae diapason perfectam formam non retinebit. Perfectam autem diapason formam non retinere est totali eius ascensione deficere, et ideo ille tropus nuncupabitur imperfectus; si authenticus est, qui à fine suo in dicto diapason ascensu deficiet, ut si ad quintam, sextam, uel septimam tantum attingit à fine. Et tanto magis est imeperfectus, quanto magis à perfecta diapason distat. Placalis autem indicabitur imperfectus, si à fine supra silicet à diapente deficiat; uel infra si diathesaron non descendat, et in ea parte est imperfectus in qua deficiens inuenitur. Et si in utraque deficiat, in utraque continet imperfectionem, et dicitur in utraque imperfectus, ut [-85.-] patet exemplo inferius. Sed debes notare quod istorum tonorum alij sunt perfecti, alij imperfecti, et alij plus quam perfecti; alij misti, et alij commisti; alij regulares, et alij irregulares. Et ideo toni perfecti sunt illi qui perfecte suum implent ambitum; sed illi qui non adimplent ambitum dicuntur toni imperfecti, ut patet exemplo. Videlicet.

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 85.; text: Demonstratio prothi imperfecti, placalis, imperfecti, Diapason e e tono deficiens superioris toni continent imperfectionem. iuntoque termino, placalem imperfectum reddit, deuteri, tropum, a [sqb] primo ad secundum est in, triti, tropi, supra, infra, tropo tribuit, tetrardi, cui tonus abest ab ea in parte, à, distare.]

[-86.-] Dè tonis plusquam perfectis. C. LXIII.

Hos autem qui supra diapason aliquid uidentur addere, eo quod perfecta seruant formam, et aliquid plus addiciunt plusquam perfectos in authenticis merito nominamus. Et ideo nota bene, quod toni plusquam perfecti sunt illi qui ultra suum ambitum ascendit si authenticus fuerit. Si uero placalis descendit infra fines ubi eorum ultimus ex diapason perficitur terminus tonum, uel semitonium contigit deponere, etiam dicimus plusquam perfectos.

Supra igitur authenticus, dicitur plusquam perfectus, sed placalis infra, et non supra quia in ea parte mixtus appellatur, ut nunc diceremus, sed primo demonstramus exemplum autentici plusquam perfecti.

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 86.; text: Demonstratio authentici plusquam perfecti. placalis, Diapason in superiori termino adjuncta cum tono.]

[-87.-] De tonis Mixtis.

Capitulum LXV.

Discipulus.

Quod est tonus mixtus? Magister. Fili auerte bene quod dicam. Illi toni qui sunt autentici, et infra suos fines descendunt tonum, semitonium, ditonum et caetera deponunt, eo quod cum suo placali miscentur illi appellantur mixti. Et ita dico de placalibus, quorum ascensui, uel diapente aliquid supponitur, eo quod cum suo autentico mixturam faciunt etiam mixtorum nomina tribuimus. Inferius est igitur mixtus authenticus cuius nomen placalis superius tenet. Et nota quod ad horum differentiam mixtarum, quorum species cum aliorum speciebus commisceri uidentur, nepe appellantur commixti; dico enim quod potest uniuscuiusque tropi cum alterius cuiusque specie, unaqueque species commisceri. Eorum demonstrationes ut clare uideantur quae dicta sunt, hic infra ponemus, ut unius demonstrationum singulorum notitia habeatur uidelicet

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 87. text: Demonstratio authentici mixti. Placalis, Diapason in termino inferiori adiuncta ditono, semitona.]

De tonis commixti

C. LXVI.

[signum] De commixtis autem in tropis speciebus hoc notandum accipimus, quod tropi sic ad inuicem commixti, quod uix unum reperiri contingat, qui proprijs dumtaxat speciebus sit formatus: uerbi gratia, quando primus recipit de b molli, tunc participat cum sexto tono, quia sextus tonus cum suo autentico sicut per b. molle. Et quia recipit canendo aliam speciem quam suam; ideo dicitur commixtus, et sic dico de alijs.

De tonis regularibus, et irregularibus.

C. LXVII.

Diximus enim, quod sunt aliqui toni qui uocantur regulares, et aliqui irregulares. Sed qui regulares, sunt illi qui in loco sibi regulariter determinate finiuntur. Toni autem irregulares sunt illi qui in alio loco quam in illo qui sibi regulariter est determinatus finem accipiunt, ut superius in LXIII. Capitulo est annotatum. Et nota bene, quod irregulares toni non solummodo possunt terminare in litteris confinalibus acutis, ut in capitulo praeallegato, sed etiam in confinalibus litteris grauibus, quia aliquando primus, et secundus finitur in gamma cum re. Tertius, et quintus finitur in A. graue cum mi. Quintus et Sextus finitur in b graue [-89.-] cum fa, uel cum ut. Et nota quod eius deductio accipitur in f. fau. Sub graui, dicendo sic. Videlicet F. faut. Gammareut, Alamireut. B famireut, et sic de singulis ut dicemus in capitulo de coniunctis. Ergo non mireris quia in [sqb] graue dixi, quod quintus, et sextus tonus finitur in tali loco cum fa, uel cum ut, quia in quolibet loco ubi designantur claues semper in illo loco ponitur fa, et ubi dicitur fa, proferitur ut, ut in praeallegato capitulo de coniunctis dicemus et caetera Dico enim quod semptimus, et octauus finitur in c. graue. cum sol, uel cum ut, sicut in Alleluja de Assumptione beatae mariae sicut assumpta est maria in caelum quae terminat in ut, et est septimus tonus.

De tonis communibus.

Nota, quod inuenitur aliquis cantus, uel tonus tantae commixtionis quod non potest

iudicari utrum sit authenticus, an placalis, et hoc quia non habet suas species perfectas, dico quod talis cantus, uel tonus debet iudicari per cordas hoc modo. uidelicet. Corda primi, et secundi toni incipitur in f. graui. Corda tertij, et quarti toni est in g graui. Corda quinti, et sexti toni est i A. acuto. Corda septimi, et octaui toni, etse in b acuto. Iudicim enim cordarum talis est, quia debes numerare notas quae sunt super cordas, et quae sunt infra, et si plures erunt superiores authenticus erit, et si inferiores, erit placalis. Et nota, quod uoces, seù notae [-90.-] quae sunt in corda, non debes numerare cum superioribus notis, neque cum inferioribus, sed illas quae sunt supra, et infra: Et in casu quod superiores, et inferiores essent in equali numero, authenticus erit, quia authenticus est dignior quam placalis. Praeterea si inuenies in quolibet cantu illam consonantiam; quae dicitur diapente, bis, uel ter, immediate percussa, est tantae auctoritatis, quod in quantum ille cantus, uel tonus esset placalis, facit ipsum placalem esse authenticum. Vt patet in responsorio, duo Seraphim, et in sint lumbi uestri praecinctorum, ubi inuenitur praedicta consonantia, etiam si sint in pari numero. Exemplum.

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 90., text: Primo, Secundus, Pro tertio et quarto, quinto et sexton, septimo et octauo tono.]

De terminis tonorum. Capitulo LXVIII.

Ad cognoscendum cuius toni sint Antiphonae, et qui ascensum seu descensum sui tropi non complent. Debes inspicere fimen Antiphonae, et principium seculorum, quia tonus est regula quae de omni cantu secundum principium, medium, et finem diiudicat. Non enim potest quis de cantu iudicare secundum artem cui tono subiacet nisi prius uiderit principium, medium, et finem eiusdem. Et ideo ut clare tibi manifestum appareat do tibi tales uersus. uidelicet.

[-91.-] Re, la, uult primus; re, fa retinetque secundus.

Per Sextam mi, fa terno datur mi, la quarto.

Fa, fa fert quintus, fa, la prebet tibi sextus.

Vt, sol septimus, ut fa, captatque supremus. ut infra ponitur.

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 91., text: Beati paci, Seculorum Amen, Re la primus. Demonstratio secundi toni. Videlicet [signum], fa secundus. In pati, vestra Tertij, mi, tertius. Salua nos Christe, Quarti, quartus, Spetiosa, Quinti, Nazareus, fa, fert quintus, Demonstratio Sexti toni, fà la Sextus, Septimi, ut sol septimus. Octavi. Petrus apostolus, et Paulus de genere ipso Saeculorum.]

[-93.-] De modo intonandi

C. LXX.

Intonantur enim praedicti toni per uoces certas ordinatas à Patre nostro Sanctissimo Gregorio, ut omni errori, et contrario remoto sub his uersibus includuntur.

Primus cum sexto fa, sol, la semper habeto.

Tertius, et octauus, ut, re, fa, atque secundus. La sol, la quartusque. Vt, mi, sol, sit tibi quintus. Septimus fa, mi, fa, sol sit omnes esse recordor. [signa] De quibus itaque dico, quod primus, et sextus intonantur, siue principiantur per tres uoces silicet fa, sol, la, secundae dedutionis, siue proprietatis, ad aliam dicturam deductionum, siue proprietatum faciundo mutationem in ascensu a natura in b. molle, pro quibus intonationibus dò istam conclusionem maximam, et ueram, quod ultima uox intonationis situatur ubi toni, siue seculorum faciunt principia, ut inferius demonstrabo. Sed secundus. Tertius, atque octauus intonantur per tres uoces slicet ut, re, fa. Verumtamen non sunt siusdem dedutionis, siue proprietatis, quia secundus tonus intonatur per secundam dedutionem.

Tertius uero partier, et octauus per quartam dedutionem existunt. Quartus namque sua faciens intonationem per quatuor uoces silicet la, sol, et sol, la; quae existunt per secundam dedutionem. Quintus uero intonatur per tres uoces silicet ut, mi, sol, quae tertiae dedutionis existunt. [-94.-] Sed et septimus suum in intonationis facit principium per quatuor uoces silicet fa, mi, fa, sol. hoc est quartae dedutionis, quibus inspectis, memoriaeque comendatis, faciliter ad cognitionem intonationum mereberis peruenire.

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 94., text: Demonstratio primi toni per secundam dedutionem faciendo motationem in aliam, Primus tonus uidelicet xiii saeculorum dè quibus ad presens non intendimus. Dixit Dominus domino meo. Amen. secundi, et intonatur. Videlicet, Confitebor tibi Domine in toto corde meo. Saeculorum, tertij, quartam, Beatus vir qui timet dominum, quarti, Laudate pueri Dominum, amen, quinti, tertiam, Credidi propter quod locutus sum. Sexti, Laetatus sum in his quae dicta sunt mihi, Septimi, quartam, Nisi Dominus aedificauerit domum, Octavi, Lauda ierusalem Dominum. In exitu Israel de Aegypto]

Et nota quod Benedictus, et Magnificat intonantur sicut psalmi speradicti. Excepto secundo. Sexto. Septimo, et octavo, qui intonantur hoc modo. Videlicet

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 95., text: Pro secundo. Sexto. Septimo, Et Octavo, Magnificat. Benedictus.]

[-96.-] [signum] Toni autem feriales intonantur supra Saeculorum ejusdem et caetera. De terminio tonorum in Responsoriis Capitulum LXXI.
Nota bene in locis, uel terminis ubi terminant Responsoria, quibus inspectis, ut faciliter possis peruenire ad perfecta cognitionem tonorum, dō tibi tales regulas. uidelicet. Primus ad quintum, uel equalis cum Responso, et ascendit quintam. Secundus equalis, uel una inferius. Tertius ad sextam, et aliquando quintam. Quartus ad quarta. Quintus ad quinta, et aliquando incipit ubi finitur Responso. Sextus equalis. Septimus ad quintam. Octauus ad quartam,, uel equalis, et aliquando incipit in A acuto, et ascendit tertias uoces, ut patet in Responsorijs.

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 96., text: Demonstratio Primi toni in Responso uidelicet, Gloria patri. Patri, Secundi,quarti, quinti, Sexti, Septimi, Octavi]

[-98.-] Dè terminis tonorum in Introitibus.
Capitulum LXXII

Sciendum est quod ad cognitionem tonorum in introitis semper debes respicere finem eorundem, quia omnis res debet à fine nominari, ut ait Aristoteles II. de anima. Et ideo si introitus terminator in d. graui et psalmus incipit in f. graui, dicendo fa. sol. la. ille tonus dicitur primus, quia regula Gregorij dicit. Primus ad tertiam. Secundus una inferius. Tertius ad tertiam idest supra suum finalem. Quartus ad quartam. Quintus ad quintam, uel equalis dicendo per b. molle. ut. mi. sol. Sextus equalis dicendo fa. sol. fa. sicut primus. Septimus equalis dicendo. Vt. fa. mi. fa. sol. Octauus equalis, dicendo Vt. re. fa. ut infra patet exemplo. Videlicet

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 98., text: Demonstratio primi toni in Introitibus Missae uidelicet, Gloria Patri, Saeculorum Amen. secundi, tertij, quarti, quinti, sexti, septimi, octavi]

[-100.-] Dè Modo cantandi, seù intonandi in Choro secundum Guidonem. Capitulum LXXIII.

Nota fili quantum ad intonationem in choro ut ait Guido, in tertio suae musicae, quod omnes antiphonae debent intonari cum uoce dulces, et suaues, una cum alleluia, quia sunt pronuntiationes ad impetrandam gratiam à Deo. Responsoria uero nocturnalia debent intonari uoce uiua, et hoc ad excitandos somnolentos. Introitus autem deberit intonari cum uoce preconica, et hoc ad incitandum populum ad diuinum officium. Tractus enim, et gradualia, debent intonari cum uoce morigerata, et una pausatione debent continuari. Offertoria, et communiones cantari debent cum moderatione quantum possibile est, ut et conscientiae nostrae apud Deum, et gentes sint excusati.

Ad laudem Dei amen.

Nunc autem sequitur demonstratio manus per coniuncta. Videlicet.

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 101., text: c, d, e, f, [Gamma], A, b [sqb], c, g, Vt, re, mi, fa, sol, la]

[-102.-] De ficta Musica.

Capitulum LXXIV

Preterea ex quo tractauimus hucusque de Musica perfecta. Nunc uero intendimus tractare de Musica ficta, licet perfectum non indigeat aliquo ficto, uel Musica ficta per se; tamen per accidens indiget, sicut est de ista Musica ficta. Et hoc, ut dulcius, et suauius possimus cantare, sicut habemus in capitulis inferius scriptis, seù regulis. Quae ficta Musica, ut ait Boetius in opera suo, non est aliud nisi cantus quidam extra regulam manus habita per traditionem pro ut apparet in superscripta demonstratione quam feci. In qua traditione demonstraui deductiones decem, et septem, formando eas super totidem litteras. Quarum deductionum, decem sunt traditae à Boetio, et septem à Guidone. Quamquam secundum Albertum magnum in sua logica istae deductiones possunt abire quasi in infinitum, quia Musica est de quantitate discreta contracta ad sonum. Sed quantitas discreta in arithmetica abire in infinitum supra omnem notam quia est alterata, et subiecta arithmetice. Et hoc patet etiam in Monachordo, sed toto uoces formamus, quot possit pectus humanum resonare. Et ut iste decem, et septem deductiones facilius percipi possint, docui eas per decem, et septem litteras, ut superius est adnotatus. Et quia secundum Philosophum in [-103.-] posterioribus, imperfectum reducitur ad perfectum, et per accidens reducitur ad aliquid per se; sed cantus in manu sunt per se, et perfecte. Ideo isti cantus irregularis, et extra manum quasi accidentals reducuntur ad cantus perfectos, et regulares qui sunt in manu. Et ideo ad similitudinem deductionum perfectarum addidi decem alias deductiones secundum Boetium. Quae deductiones secundum eum, et Guidonem cantabuntur per [sqb] quadrum, Naturam, et b. molle, quibus proprietatibus more solito adhibentur sex notae uel uoces scilicet ut. re. mi. fa. so. La. Quae proprietates, et deductiones cantabuntur in cantu plano in quo sunt cantus plurimi, quos pro meliori sonoritate necesse est cantare per fictam Musicam, aut per coniunctam sicut patebit ex regulis inferius scriptis. Sed primo uidebimus quid est coniuncta, et ubi inuenta fuit, et quare dicitur coniuncta. Et deinde uidebimus quae coniunctae ponuntur in cantu plano et caetera.

Dè coniunctis in Cantu plano

Capitulum LXXV.

Discipulus

Quid est coniuncta in cantu? Magister est alicuius uocis, seù proprietatis, aut deductionis de loco proprio, ad locum alienum, et eos disiuncta uehemens transitus ab una deductione in aliam absque quacumque uocum mutatione tam supra, quam infra transpositio

intellectualis. Pro cuius declaratione notandum est, quod omnis coniuncta, aut [-104.-] signatur per b. molle, aut per [sqb] quadrum, aut per naturam in locis inusitatis positam. Discipulus. Vbi inuentae fuerunt coniunctae? Magister. quod fuerunt inuentae in cantis irregularibus, per quos ad regularitatem quadam modo duci possent. Discipulus. Quare dicuntur coniunctae? Magister. quia transferant uocem de proprio loco, ad improprium locum, et faciant de tono semitonium, et e conuerso; et faciant de tono regulari, semitonium irregulare, et e conuerso. Et dicitur etiam coniuncta, quia est apparitio b. rotundi, aut [sqb] quadri in loco irregulari, ut in Capitulo de coniunctionibus in musica mentionem fecimus. Discipulus. Quot sunt coniunctae quae ponuntur in cantu plano? Magister. secundum Guidonem sunt septem quae utuntur quotidie more solito per proprietates supradictas, quae sunt parte in locis usitatis, ut in manu intuenti patet. et sicut in Capitulo de clauibus ponuntur septem claues secundum eum, ita ponuntur septem coniunctae in cantu plano, quae coniunctae regulariter canemus, quia sunt positae in locis regularibus. Sed secundum Boetium sunt decem coniunctae quae ponuntur in locis inusitatis, et cantantur per fictam musicam, ut in capitulo superius ad plenum tractauimus. Dicimus ergo quod secundum eos ponuntur decem, et septem coniunctae in cantu plano, quae cantantur regulariter, et irregulariter, in per fictam Musicam per proprietates supradictas scilicet [sqb] quadrum, naturam, et b molle in locis usitatis, et inusitatis, sicut inferius per ordinem patebit. Videlicet.

[-105.-] De prima coniuncta.

Capitulum LXXVI.

[signum] Prima coniuncta secundum Boetium, accipitur inter A. graue, et [sqb] graui, et signatur in b [sqb] graui signo b. molle. Quia eius deductio incipit in f. faut sub graui, et finis eius est in d. graui, et cantatur per b. molle. Et de hoc habemus exemplum in responsorio Sancta, et Immaculata, ubi dicitur non poterant, et in Responsorio Omnipotens adorande, ubi dicitur Diaboli, et in multis alijs responsorijs, quoniam magis lungum esset narrare, decendo in b [sqb] graui fa per b molle ut patet exemplum.

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 105., text: In Sanctae Agnetis. Non poterant Diaboli.]

De Secunda coniuncta

Capitulum LXXVII.

[signum] Secunda uero coniuncta secundum Guidonem, accipitur inter c. graui, et d. graui, et signatur in c. graui signo [sqb] quadri, et dicitur ibi fa, quia eius deductio incipit in [Gamma] gamma, et finis eius est in e. grauis, et cantatur per [sqb] quadrum ut habemus in multis locis, sed specialiter in Alleluia: uidimus stallam eius, ubi dicitur in oriente, et [-106.-] in responsorio Sint lumbi uestri precincti, ubi dicitur, et uos similes, et similibus, ut patet exemplum. uidelicet.

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 106.,1, text: In Oriente. Et uos similes.]

De tertia coniuncta Capitulum LXXVIII.

[signum] Tertia coniuncta secundum Boetium accipitur inter c. graui, et d. graui; et in d. graui signari signo b. molle, et dicitur ibi fa, quia eius deductio incipit in A. graui, et finis eius est in f. graui, et cantatur per naturam, seu per [sqb] quadrum. Et de hac coniuncta habemus exemplum in Responsorio quae dicitur Spem non habui sed magis inuenitur in cantu figuratu, quam in cantu plano Videlicet

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 106.,2, text: [sginum], Spem non habui.]

De quarta conjuncta.

Capitulum LXXIX.

[signum] Quarta uero coniuncta secundum Boetium accipitur inter d. graui, et e. graui, et in e. graui signari signo b/ molle, et dicitur ibi fa, quia eius deductio incipit in b [sqb]. grauis, et finis eius in g., et cantatur per b. molle. Vt habemus in Responsorio gaude Maria Virgo, ubi dicitur [-107.-] dictis credidisti, et in Alleluia Iubilare Deo, ubi dicitur. omnis terra, et similibus, ut patet hic exemplum. Videlicet.

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 107., text: Gabrielis arcangeli dictis credidisti. Omnis terra]

De quinta coniuncta.

Capitulum C. LXXX. [signum] Quinta coniuncta secundum Guidonem accipitur inter e graui, et f. fraui, et in f. graui signari signo naturae, et dicitur ibi fa, quia eius deductio incipit in c. graui, sed finis eius est in A. acutum, et cantatur per naturam. Vt patet quasi uniuersaliter in cantus. Et caetera.

De Sexta coniuncta

Capitulum LXXXI.

[signum] Sexta uero coniuncta secundum Boetium accipitur inter f. graui, et g. graui. Et in g. graui signari signo [sqb] quadri, et dicitur ibi fa; et in f. graui dicitur mi. quia eius deductio incipit in d. graui, et finis eius est in b [sqb] acuto, et cantatur per [sqb] quadrum sicut patet exemplum in multis locis, et specialiter in comunione unius Confessorij non Pontificis silicet beatus seruus, ubi dicitur inuenerit uigilantem. Et etiam in officium Sancti Francisci in primis uesperis in quarta antiphona, ubi dicitur, honore nil leuius. Et in [-108.-] secunda Antiphona in laudibus, ubi dicitur Virtutum uerba loquitur, et in multis alijs locis, ut longum esset narrare. Exemplum patet hic. Videlicet.

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 108.,1, text: Inuenerit uigilantem. Virtutum uerba loquitur.]

De Septima conjuncta.

Capitulum LXXXII.

[signum] Septima coniuncta secundum Boetium, accipitur inter g. graui, et A. acuto, et in a. acuto signari signo .b. molle, et dicitur ibi fa, quia eius deductio incipit in e. graui, et finis eius est in c. acuto, et cantatur per b. molle, ut habetur in Responsorio Concluserunt uias meas, ubi dicitur contra me est. et in Himno silicet Sanctus, Sanctus et caetera in missa pro Defunctis, seu in feriali offertorio; et sic de singulis.

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 108.,2, text: [signum], Sanctus]

De octava conjuncta

Capitulum LXXXIII.

[signum] Octaua coniuncta secundum Guidonem accipitur inter a. acutum, et b. acutum, et in b. acutum signari signo b molle, dicendo ibi fa, quia eius deductio incipit in f. graui, sed finis eius est in d. acuto, et cantatur per b. molle, ut habetur in [-109.-] multis locis, et specialiter in Antiphona de uirgine maria silicet O admirabile commercium, ubi dicitur Animatum corpus, et in Responsorio primo de Natiuitate Domini silicet hodie nobis, ubi dicitur Vmano generi, et sic patet in alijs exemplis Videlicet.

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 109.,1, text: Animatum Corpus sumens, Humano generi]

De nona conjuncta Capitulum

C. LXXXIV.

[signum] Nona coniuncta secundum Guidonem, accipitur inter b. acutum et c. acutum; et in c. acuto signari signo [sqb] quadri, et dicitur ibi fa, quia eius deductio incipit in g. graue, et finis eius est in e. acuto; et cantatur per [sqb] quadrum, ut patet exemplum in responsorio. In illum diem, in Festo Sancti Ioannis Euangelistae, ubi dicitur, et ponam et, et in Responsorio. Ecce Dominus ueniet in secundo de Aduentu ubi dicitur in eternum, et in multis alijs locis.

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 109.,2, text: Et ponam in te, In eternum]

[-110.-] De decima conjuncta

Capitulum LXXXV.

[signum] Decima coniuncta secundum Boetium accipitur inter c. et d. acuto; et in d acuto signari signo b. molle, et dicitur ibi fa, quia eius deductio incipit in A. acuto; sed finis eius est in f. acuto; et cantatur per [sqb] quadrum, seu per b. molle, ut patet in responsorio. Aue festina. Et caetera.

De undecima conjuncta Capitulo LXXXVI.

[signum] Vndecima coniuncta secundum Boetium accipitur inter d; et e. acuto; et in e. acuto signari signo b. molle; et dicitur ibi fa, quia eius deductio incipit in b [sqb] acuto; sed finis eius est in g. acuto; et cantatur per b. molle. Vt patet per exemplum in Introitus. Adorate Deum, in tertia Dominica post Epiphania ubi dicitur. Omnes Angeli, et in alijs locis. Exemplum patet hic. uidelicet.

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 110., text: Omnes Angeli.]

De duodecima conjuncta.

Capitulum LXXXVII.

[signum] Duodecima coniuncta secundum Guidonem accipitur inter e; et f. acuto; et in f acuto signari signo naturae, et dicitur ibi fa, quia eius deductio incipit in c. acuto et finis eius [-112.-] est in a. superacuto; et cantatur per naturam. Vt patet exemplum in alleluia in undecima Dominica post Pentecostem ubi dicitur adiutorio nostro, et in multis alijs locis.

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 112.,1, text: [signum], Adiutorio nostro.]

De Tertia decimal conjuncta

Capitulum LXXXVIII.

[signum] Tertia decima coniunctio accipitur secundum Boetium inter f; et g. acuto, et in f signari signo [sqb] quadri, et dicitur ibi mi, uel signatur in g. acuto signo b. molle, et dicitur ibi la. quia eius deductio incipit in d. acuto, et finis eius est in [sqb] quadro super acuto; et cantatur per [sqb]quadrum. Vt patet in Antiphona ad magnificat in Festo Sancti Francis in secundis Vesperis, ubi dicitur Francisce nos; et in communionem. Si consurrexistis, in tertia feria Paschae, ubi dicitur quae sursum sunt, et in multis alijs locis. Vt hic patet exemplo Videlicet.

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 112.,2, text: Francisce, Quae sursum sunt quaerite.]

De quarta decimal conjuncta.

Capitulum LXXXIX.

[signum] Quarta decima coniuncta secundum Boetium, accipitur inter g. acuto; et a. superacuto. Et in a. signari signo b. molle, et dicitur ibi fa; quia eius deductio incipit in c. acuto; et finis erius est in c. superacuto, et cantatur per b. molle. Et de hac coniuncta magis inuenitur in cantu figurato, et in Monachordo quam in cantu planu, nisi per reiterationem sicut in capitulo de ficta Musica mentionem fecimus, quod tot uoces formamus quod possit pectus humanum resonare. Et ita dicimus de ultima coniuncta, quae accipitur inter .c., et d. superacuto, et signatur in c. signo [sqb] quadri, et dicitur ibi .mi. Aut signatur in d. signo b. molli; et ibi dicitur fa, quia eius deductio incipit in a. superacuto; sed finis eius est retro in secunda iunctura digiti medij, et cantatur per [sqb] quadrum, quae unum, et idem sunt. Et caetera.

De quinta decima conjuncta.

Capitulum LXXXX.

[signum] Quintadecima coniuncta secundum Guidonem accipitur inter A. superacuto et b [sqb] b [sqb] superacuto, et in b b. [sqb] [sqb]. signari signo b. molli; et dicitur ibi fa, quia eius deductio incipit in f. acuto, sed finis eius est in d. superacuto; et cantatur per b. molle. Vt patet per exemplum in Responsorio secundo in tertia Dominica de Aduentu silicet bethleem ciuitas Dei, ubi dicitur uniuersae terrae. Et in Responsorio Carnis spicam in Officio Sancti Francisci, ubi dicitur, Granum purum; et in alijs locis. et caetera.

[Cannutijs, Regulae Florum Musices, 112., text: vniuersae terrae. Granum purum]

[-113.-] De Sexta Decima conjuncta

Capitulum LXXXI.

[signum] Sexta decimal coniuncta secundum Guidonem accipitur inter b b [sqb] [sqb] superacuto, et c. superacuto; et in c c. signari signo [sqb] quadri, et dicitur ibi fa, quia eius deductio incipit in g g. acuto; et finis eius est in e e e. superacutissima, et cantatur per [sqb] quadrum. Vt in manu intuenti patet. Et haec dicta sufficiunt. Ad laudem Dei, et Patroni mei Francisci. Amen.

[-114.-] hae sunt aliquae interrogationes, et diffinitiones per alphabetum compilatae, quae continentur in isto opusculo.

Per A. Capitulum 1.

Quid est littera, et unde dicitur, et quos sunt litterae quae ponuntur in ordine manus, seu palmae?

Vade in capitulo de litteris, quae ponuntur in ordine manus, seu palmae.

Quid est littera quae uocatur A.?

Quid est are?

Quid est alamire?

Quid est alamire super acutum?

Vade in capitulo de littera quae uocatur A.

Quid est acuta?

Vade in capitulo de litteris grauibus, acutis, superacutis.

Quid est armonia?

Vade in capitulo de Musica armonica.

Quid est apothome? Magister. est maius pars toni, quae Semitonium maius uulgariter appellatur, ut ait in capitulo de semitonio minori.

Quid est arsis? Magister est uocum eleuatio, ut ait in capitulo quod est hoc dictum Musica.

[-115-] Quid est aumentatio? Magister. est addictio ad aliquam dimediae partis proprii sui ualoris.

Quid est ambitus? Magister. est toni debitus ascensus, et descensus.

Quid est alteratio? Magister. est proprii ualoris alicuius notae duplicatio.

Per B. Capitulum II.

Quid est littera quae uocatur [sqb].?

Quid est [sqb] mi.?

Quid est b fa [sqb] mi tam acutum, quam superacutu?

Quid est [sqb] quadrum?

Quid est b rotundum?

Vade in capitulo de littera, quae uocatur [sqb]. [signa] [ante corr.]

Quid est breuis? Magister. est nota in tempore perfecto ualoris trium semibreuium, et in tempore imperfecto duarum.

Per C. Capitulum III.

Quid est littera quae uocatur C.?

Quid est c. faut?

Quid est c. solfaut?

Quid est c. solfa? [signum] Vade in capitulo de littera c.

Quid est cantus, et unde dicitur?

Quid est cantus simplex?

Quid est cantus compositus?

Quid est cantus ut iacet?

Quid est cantus per medium? [-116.-] Quid est cantilena? Vade in capitulo de cantu. Quid est Cantor?

Quid est Compositor?

Quid est Canon? Vade in capitulo de Musica, et cantore.

Quid est contra tenor?

Quid est contra tenorista? Vade in capitulo de tenore, et contra.

Quid est concordantia, siue consonantia?

Quid est consonantia, siue concordantia perfecta?

Quid est consonantia, siue concordantia imperfecta?

Vade in capitulo de consonantijs.

Quid est coniunctio in Musica [signum] Vade in capitulo de coniunctionibus uocum quae sunt in Musica.

Quid est coniuncta? [signum] Vade in capitulo de coniunctis.

Quid est clauis? [signum] Vade in capitulo de clauibus.

Quid est circulus? Magister. est signum quantitatis temporalis qui aut perfectus, aut imperfectus est.

Quid est circulus perfectus? Magister. est signum temporis perfecti.

Quid est circulus imperfectus? Magister. est signum temporis imperfecti, qui ab aliquibus semicirculus dicitur.

Quid est clausula? Magister. est cuius libet cantus particular in fine cuius, uel queis generalis, uel perfectio reperitur

Quid est color. Magister. est identitas particularum in uno, et idem [-117.-] parte cantus existentium quo ad formam, et ualorem notarum, et pausarum suarum.

Quid est coma? Magister. est illud in quo tonus superat duo semitonia minora.

Quid est contrapunctus? Magister. est cantus per positionem unius uocis, contra aliam puntuatim effectus; Et hic duplex silicet simplex, et diminutus.

Quid est contrapunctus simplex? Magister est dum nota uocis, quae contra aliam ponitur, et est eiusdem ualoris cum illa.

Quid est contrapunctus diminutus? Magister. est dum plures notae, contra una per proportionem equalitatis, aut inequalitatis ponuntur, qui à quibusdam floridus nominatur. Per D. Capitulum IV.

Quid est littera quae uocatur. D.?

Quid est, d. solre?

Quid est d. la solre?

Vade in capitulo de littera quae uocatur d.

Quid est deductio?

Vade in capitulo deductionibus in cantu

Quid est Ditonus? Vade in capitulo de Ditono.

Quid est Diathesaron? [signum] Vade in capitulo de Diathesaron

Quid est Diapente?

Quid est Diapente perfectum?

Vade in capitulo de Diapente.

[-118.-] Quid est Diapente imperfectum?

Vade in capitulo de Diapente imperfectum.

Quid est Diapente superfluum?

Vade in capitulo de Diapente superfluo.

Quid est Diapason? [signum] Vade in capitulo de Diapason.

Quid est Diapason imperfectum, et superfluum?

Vade in suo Capitulo

Quid est Discordantia? Magister. est diuersorum sonorum mixtura naturaliter aures offendens.

Quid est Diaphonia? Magister. est idem silicet discordantiam.

Quid est Diastema? est idem silicet coma.

Quid est Diesis? Magister est una pars toni in quinque diuisi.

Quid est Diuisio? Magister est unius, aut plurium notarum ab illa, seù ab illis, cum qua, eul cum quibus regulariter est annumeranda, uel sunt annumerandae separatio.

Quid est diminutio? Magister. est alicuius grassi cantus, in minutum redactio.

Quid est discantus? Magister. est cantus ex diueris uocibus, et notis, certis ualoris editus.

Quid est duo? Magister. est cantus duorum tantum partium relatione ad inuicem compositum.

Quid est dupla. Magister. est idem quod Diapason. Vnde secundum tria eius significata instar Diapason diffinitur.

[-119.-] Quid est dupla sesquialtera? Magister. est proportio qua maior numeris ad minorem relatus illum in se bis continet, et eius insuper alteram partem aliquotam, ut V. ad II., et X. ad III.

Quid est dupla superbipartiens? Magister. est proportio qua maior numerus, ad minorem relatus illum in se bis continet, et insuper eius duas partes aliquotas unam partem aliquotam, ut VIII. ad III.; et XII. ad V. Per E. Capitulum V.

Quid est littera quae uocatur E.?

Quid est elami?

Quid est elami graue?

Quid est elami acutum?

Quid est ela?

Vade in capitulo de littera quae uocatur E.

Quid est exacordum maius?

Vade in suo Capitulo.

Quid est exacordum minus?

Vade in suo Capitulo.
Quid est Eptacordum maius?
Vade in suo Capitulo.
Quid est Eptacordum minus?
Vade in suo Capitulo.
Quid est Euphonia?
Vade in capitulo de b molle.
[-120.-] Quid est Emiolia? Magister. idem est quod diapente.
Quid est Epitritus? Magister. idem est quod diathesaron.
Quid est Extractio? Magister. est unius partis cantus, ex aliquibus notis alterius confectio.
Per F. Capitulum VI.
Quae est littera quae uocatur F.?
Quid est f faut?
Quid est f faut graue?
Quid est f faut acutum?
Vade in capitulo de littera F.
Quid est fa? Vade in capitulo de sillabis, et de proprietatibus earum.
Quid est fa sol? Magister. est mutatio quae fit in c sol fa ut et in c sol fa ad descendendum à [sqb] duro, in b molle.
Quid est faut? Magister. est mutatio quae fit in c faut, et in c sol faut ad descendendum à [sqb] duro in natura, et in utroque f faut, ad descendendum à natura in b molle.
Quid est ficta Musica? Magister. est cantus praeter regularem manus, traditionem editus, ut ait in capitulo de ficta musica.
Quid est fuga? Magister. est identitas partium cantus quo ad ualorem nomen, formam, et interdum quo ad locum notarum, et pausarum suarum.
Per G. Capitulum VII.
Quid est littera quae uocatur G.?
[-121.-] Quid est g. sol reut?
Quid est g. sol reut graue?
Quid est g. solreut acutum?
Vade in capitulo de littera g. et caetera
Quid est Gamma?
Quid est Gammaut? Vade in capitulo de interrogatione cur gamma fuit posita.
Quid est graues? Vade in capitulo de litteris grauibus, acutis, et supracutis.
Per H. Capitulo VIII.
Quid est Himnus? est laus Deo cum cantico.
Quid est Hymnista? Magister. est ille qui Hymnos canit.
Per I. Capitulum IX.
Quid est intonatio. Magister. Est debita cantus intonatio, seu inchoatio.
Quid est instrumentum? est corpus naturaliter, aut artificialiter soni causatiuum.
Quid est Iubilus? Magister. est cantus cum excellenti quadam letitia pronuntiatius.
Quid est imperfectio? Magister. Vade in capitulo de mutationibus.
Per L. Capitulo X.
Quid est la? Vade in capitulo de sillabis, et de proprietatibus earum.
Quid est linea?
[-122.-] Quid est locus?
Vade in capitulo de lineis, et spatijis.
Quid est la mi? Magister. est mutatio quae fit in utraque elami, ad ascendendum à [sqb] duro in natura, et e conuerso et in utroque alamire, à natura in b durum, et e conuerso in d. sol re à b molle in natura.

Quid est la, sol? Magister. est mutatio quae fit in d la sol ad accedendum à b molle in [sqb] durum.

Quid est lima? Magister. est minor pars toni, quam alij semitonium minus appellatur. Vt ait in capitulo de semitono.

Quid est ligatura? Magister. est nota in modo perfecto minori, ualoris trium breuium, et imperfecto duarum. Per M Capitulum XI.

Quid est manus? Magister. est breuis, et utilis doctrina ostendens compendiose deductiones uocum musices.

Quid est musica?

Quid est musica organica?

Quid est musica rithmica. Vade in suis capitulis.

Quid est Musicus. Vade in capitulo de Musico, et cantore.

Quid est melodia?

Quid est melos. Vade in capitulo de consonantijs.

[-123.-] Quid est melum? Magister. est idem quod cantus.

Quid est mi? [signum] Vade in capitulo de Sillabis et caetera.

Quid est mi la? magister. est mutatio quae fit in utroque elami ad descendendum à natura in [sqb] duorum, et in utroque alamire ad descendendum de b molle in natura.

Quid est mi re? Magister. est mutatio quae fit in utroque alamire ad ascendendum à b molle in b durum.

Quid est mutatio? Vade in capitulo de mutationibus.

Quid est maxima? Magister. est nota in modo maiori perfecto qualoris trium longarum, et in imperfecto duarum.

Quid est minima? Magister. est nota, ualoris indiuidui.

Quid est mensura? Magister. est adequatio uocum quantum ad pronuntiationem.

Quid est modus? Magister. est quantitas cantus ex certis longis, maximam, aut breuibus, longam respicientibus constituta. Est igitur duplex silicet maior, et minor.

Quid est modus maior? Magister. est quantitas cantus ex certis longis, maxima respicientibus constituta qui subdiuiduntur. Nam alius et perfectus, et alius imperfectus.

Quid est modus perfectus? Magister. est dum tres longae pro una maxima numerantur?

Quid est modus maior imperfectus? Magister. est dum duae tantum longae pro una maxima numerantur. [-124.-] Quid est modus minor? Magister est quantitas cantus ex certis breuibus, longam respicientibus constituta. Nam etiam subdiuiduntur, quia alius est modus minore perfectus, et alius imperfectus.

Quid est modus minor perfectus? Magister. est dum tres breues per una longam numerantur.

Quid est modus minor imperfectus? Magister. est dum duae tantum breues, pro una longa numerantur.

Quid est multiplex proportionum. Magister. est genus quo maior numerus, ad minorem relatus, illum in se, plusquam semel continet, uel duo ad unum, tria ad unum, et quatuor ad unum.

Quid est multiplex super particulare proportionem. Magister. Est genus quo maior numerus, ad minorem relatus illum in se totum plusquam semel continet, et eius insuper unam partem aliquotam, ut quinque ad duo, VII. ad III., et IX. ad IV.

Quid est multiplex superpariens proportionum? Magister. est genus quo maior numerus ad minorem relatus, illum in se plusquam semel continet, et eius insuper aliquas partes aliquotas facientes tamen unam partem aliquota, ut sunt VIII. ad III; XI. et iX. ad quinque.

Quid est motectus? Magister. est cantus mediocris cui uerba [-125.-] cuiusuis materiae, sed frequentius diuinae supponuntur.

Quid est Missa. est cantus magnus cui uerba Kyrie eleyson; Et in terra, Patrem, Sanctus, et Agnus Dei. Et interdum ceterae partes à pluribus canendae supponuntur, quae ab alijs officium dicitur.

Per N. Capitulum XII.

Quid est nota? Vade in capitulo de diuisione uocum.

Quid est natura? Vade in capitulo de proprietatibus cantus, et in capitulo de naturis notarum.

Quid est neuma Spiritus? Magister. est cantus fini uerborum, siue uerbis annexus.

Per O. Capitulum XIII.

Quid est octaua? Magister. idem est quod Diapason, uel duppla coniunctio, et concordantia, unde secundum Boetium haec duo significata habet, ut in capitulo de Diapason diffinitur.

Quid est officium? Magister. idem est, ut Missa secundum Ispalos.

Per P. Capitulum XIV.

Quid est P? Magister. est littera quae per se ad aliquam parem cantus posita, proprietatem significat; quae quidem si prima sit meo cognominis, quod Petrus est mihi non dedecori uenit quum, et nomen Domini ineffabile silicet petra quod est Christus, et ab eo summum exordium. Quid est proprietas in Musica? [M. infra lineas.]

[-126.-] Quid est proprietas [sqb]. quadri?

Quid est proprietas naturae?

Quid est proprietas b molle? Vade in capitulo de proprietatibus cantus.

Quid est perfectio? Vade in capitulo de mutationibus.

Quid est pausa? Magister. est signum taciturnitatis secundum quantitatem notae cui appropriatur fiendae.

Quid est prolatio? Magister. et quantitas cantus ex certis minimis semibreuem respicientibus constituta, quae quidem duplex est silicet maior, et minor.

Quid est prolatio maior? Magister. est dum in aliquo cantu tres minime pro una semibreue numerantur.

Quid est prolatio minor? Magister. est dum in aliquo cantu duae tantum minimae pro una semibreui numerantur.

Quid est proportio. Magister. est duorum numerorum ad inuicem habitudo. Et haec est duplex silicet equalittis, et inequalitatis.

Quid est proportio equalitatis? Magister. est quae ex equalibus numeris conficitur, ut duo ad unum, et tria ad duo et caetera. Et hic auerte, quod in presenti diffinitorio genera proportionum, cum quibusdam speciebus suis diffiniui. Si uero plures cupias habere in proportionali musices inuenies illas.

Quid est punctus? Magister. est signum aumentationis, aut [-127.-] perfectionis, et hoc si alicui notae adiungatur. Si uero incirculo, aut semicirculo à parte dextra, aperto ponatur, significant, quod illa prolatio maior est. Et si in semicirculo ab inferiori parte aperto ponatur moram generaliter fiendam in illa nota supra quam constituitur designat, qui uulgariter dicitur punctus organicus. Quid est pronuntiatio? Magister. est uenusta uocis emissio.

Per Q. Capitulum XV.

Quid est quinta? Magister. est idem quod diapente, concordantiam et coniunctionem importans. Ergo sicut diapente quo ad hanc duo significata diffiniunt.

Quid est quarta? Magister. idem est quod diatessaron. Coniunctio, et concordantiam significat, hinc sicut diatessaron diffinitur.

Quid est quantitas? Magister. est quam quantus sit cantus intelligitur.

Quid est quadrupla sesquialtera? Magister est proportio qua maior numerus ad minorem relatus, illum in se quatuor continet, et eius insuper partem aliquotam, ut IX. ad duo, et

XVIII. ad quatuor.

Quid est quadrupla super bi partiens. Magister. est proportio qua maior numerus ad minorem relatus, illum in se quatuor continet, et eius insuper duas partes aliquotas, unam facientes aliquotam, ut XIV. ad III. et II. ad V.

[-128.-] Per R. Capitulum XVI.

Quid est Re Vade in capitulo de Sillabis et de proprietatibus earum.

Quid est re, sol? Magister. est mutatio quae fit in d. sol re, et in d. la sol re, ad descendendum à natura in [sqb] quadrum, et in utroque g. sol re ut ad descendendum à b molle in natura.

Quid est re la? Magister. est mutatio quae fit in utroque a la mi re, ad descendendum à [sqb] quadrum in naturam, et in d. la sol re ad descendendum à natura in b. molle.

Quid est re mi? Magister. est mutatio quae fit in utroque alamire ad ascendendum à [sqb] quadrum in b molle.

Quid est re ut. Magister. est mutatio quae fit in utroque g. sol re ut ad ascendendum à b molle in quadrum.

Quid est refacta? Vade in capitulo de cantu quid est. quid est regula? Magister. idem est ut linea.

Quid est reductio? Magister. est unius, aut plurimum notarum cum maioribus quas imperficiunt, aut cum socijs annumeratio.

Quid est resumptio? Magister. est cantus finiti, ut pertinet replicatio. Per S. Capitulum XVII.

Quid est sol? Vade in capitulo de Sillabis, et de proprietatibus earum. [-129.-]

Quid est sonus?

Quid est sonator? Vade in capitulo de cantu.

Quid est super acuta? Vade in capitulo de litteris grauibus, acutis, et super acutis.

Quid est spatium? Vade in capitulo de lineis, et spatijs.

Quid est semitonus? Vade in capitulo de Semitono.

Quid est Semiditonus? Vade in capitulo de Semiditono.

Quid est sol, la? Magister. est mutatio quae fit in d. la sol ad descendendum à [sqb] quadrum in b molle.

Quid est sol, re? Magister. est mutatio quae fit in d. la sol ad descendendum à [sqb] quadrum in natura, et in utroque g sol re ut ad ascendendum à natura in b molle.

Quid est sol ut? Magister. est mutatio quae fit in utroque g sol re ut ad ascendendum à natura in [sqb] quadrum, et in c sol fa ut ad ascendendum à b molle in natura.

Quid est sol fa? Magister. est mutatio quae fit in c. sol fa ut, et in c. sol fa ad ascendendum à b molle in [sqb] quadrum.

Quid est solfisatio? Magister. est uocum cantando per sua nomina expressio.

Quid est sexta? Magister duplex accipitur silicet perfecta, et imperfecta.

Quid est sexta perfecta? Magister. est idem quod diapente cum tono, sed imperfecta idem est quod diapente cum semitono.

Quid est septima? Magister. duplex etiam accipitur. Silicet perfectam, [-130.-] et imperfectam.

Quid est septima perfecta? Magister. idem est ut diapente cum ditono, sed imperfectam idem est quod diapente cum semiditono.

Quid est secunda. Magister. quod equiuocatur ad duo silicet ad discordantiam,, et coniunctionem, unde pro primo significato sic diffinitur. Secunda est discordantia ex mixtura duorum uocum tono, uel semitono ab inuicem distantium effecta. Et pro secundo dico, quod est coniunctio ex distantia unius toni, uel semitonij constituta.

Quid est semicirculus? Magister. idem est ut circulus imperfectus.

Quid est Sincopa? Magister. est alicuius notae interposita maiore per martes diuisio.

Quid est semibrevis? Magister. est nota in prolatione maiori ualoris trium minimorum, et in minori duarum.

Quid est stema? Magister. idem est quod dimidium comatis.

Quid est sex qui altera? Magister. est idem quod diapente, aut emiolio proportio, unde secundum hoc significatum, sicut illa diffinitur.

Quid est sex qui tertia? Magister. est idem quod diathesaron, aut epitritus proportio. Hinc instar ipsorum, quo ad id significatum diffinienda est.

Quid est sex qui quarta? Magister. est proportio qua maior numerus ad minorem relatus, illum in se totum continet, et [-131.-] insuper eius quartam partem aliquotam, ut quinque ad IV., et X. ad VIII.

Quid est subdupla? Magister. est proportionum genus, quo minor numerus ad maiorem relatus, in illo multipliciter precise continetur, ut unum ad duo, et unum ad tria.

Quid est superbi partiens? Magister. est proportio qua maior numerus ad minorem relatus illum in se totum continet, et eius insuper duas partes aliquotas, unam facientes aliquotam, ut quinque ad tria.

Quid est super particulare? Magister. quod est proportionum genus, quo maior numerus ad minorem relatus, illum in se totum continet, et eius aliquam partem aliquotam, ut tres ad duo, et quatuor ad tres.

Quid est super partiens? Magister. est proportionum genus quo maior numerus ad minorem relatus, illum in se totum continet, et eius insuper aliqua partes aliquotas, unam facientes aliquotam, ut V. ad III.; et VII. Ad V.

Quid est suppositio? Magister. est aliquorum corporum, ut uoces loco notarum significant introductionem.

Quid est supremum? Magister. est illa pars cantus compositi, quae altitudini caeteras excedit.

[-132.-] Per T. Capitulum XVIII.

Quid est littera quae uocatur T.? Magister. Est littera quae per se ad aliquam partem cantu posita Tenore institutionem significat.

Quid est Talea? Magister. est identitas particularum in una et eadem parte cantus existentium quo ad nomen, locum, et ualorem notarum, et pausarum suarum.

Quid est tempus? Magister. est quantitas cantus ex certis semibreuibus breuem respicientibus constituta, quod quidem duplex est scilicet perfectum, et imperfectum.

Quid est tempus perfectum? Magister. est dum in aliquo cantu tres semibreues pro unum breui numerantur.

Quid est tempus imperfectum? Magister. est dum in aliquo cantu duae semibreues tantum pro unum breui numerantur.

Quid est tenor?

Quid est tenorista?

Quid est thesis? Vade in capitulo de tenore, et contra.

Quid est tertia perfecta?

Quid est tertia imperfecta? Vade in capitulo de Semiditono.

Quid est tonus? Vade in capitulo de tono.

Quid est tropus? Vade in capitulo de tropi.

Quid est tertius tonus? Vade in capitulo de deuterio tono.

Quid est tritus tonus? Vade in capitulo de trito tono.

[-133.-] Quid est tetrardus tonus? Vade in capitulo de tetrardo tono. Quid est tonus regularis?

Quid est tonus irregularis? Vade in Capitulo de tonis regularibus, et irregularibus.

Quid est tonus mixtus? Vade in capitulo de tonis mixtis.

Quid est tonus commixtus? Vade in capitulo de tonis commixtis.

Quid est tonus perfectus, et imperfectus? Vade in capitulo de supradictis tropis quomodo et caetera

Quid est tonus plusquam perfectus? Vade in capitulo de tonis plusquam perfectis.

Quid est tripla? Magister. est proportio, qua maior numerus ad minorem relates illum in se ter precisè continent, ut III. ad unum, et VI. ad duo.

Quid est triplum. Magister. quod antequam posuerunt partem illam composite cantus, quas superiori magis appropinquabat.

Quid est tritonus? Vade in capitulo de causa tritoni.

Per V. Capitulum XIX.

Quid est unisonus? Vade in capitulo de unisono.

Quid est uox? Vade in capitulo de uocibus, quae sunt in tota arte musicae.

Quid est ut? Vade in capitulo de sillabis, et proprietatibus earum.

[-134.-] Quid est ut fa? Magister. est mutatio quae fit in c. faut, et in c. sol faut, ad descendendum à natura in [sqb] quadrum, et in utroque f. faut ad descendendum à b molle in natura.

Quid est ut re? Magister. est mutatio quae fit in utroque g. sol re ut, ad descendendum à [sqb] quadrum, in b molle.

Quid est ut sol? Magister. est mutatio quae fit in utroque g. sol re ut, ad descendendum à [sqb] quadrum in natura, et in c sol fa ut ad descendendum à natura in b molle. Et satis hactenus.

PERORATIO

Tibi hoc opusculum Dei gratia solutum, Reuerendissime Pater, Tuus Frater Petrus offert. quod ut benignè suscipias, Auctori quae faueas humilimè precatur. Hoc opus Regulae florum musicae Fratris Petri Canutij Potentini dicatum Reuerendissimo in Christo Patri, et Domino Domino Ioanni de Medicis T. S. Mariae in Dominica Diac. Card. dign. Impressum est Florentiae apud plateam Minorum per Bernardum dictum Zuchettam, impesa dicti Francisci Patri Canutij, et per ipsum emendatum sub Petro Soterino perpetuo vex populi Florentini die XVII Maij MDX. Deò optimo maximo favente.

[-135.-] In Nomine Domini. Amen.

Haec est Tabula omnium Capitulorum, quae in hoc Opusculo continentur feliciter incipit. videlicet.

[signum] De laudibus Musices. I.

De utilitatibus Musices. II.

[signum] De Musica quid est. III.

De iudicio Musicae. IV.

Quid est hoc dictum Musica. V.

De Musica armonica. VI.

[signum] De Musica organica. VII.

De Musica rithmica. VIII.

[signum] De diuisione musices. IX.

De Musica plana, et mensurata. X.

[signum] De Musico, et Cantore. XI.

De Cantu quid est. XII.

[signum] De tenore, et contra. XIII.

De principio huius scientiae. XIV.

[signum] De litteris quae ponuntur in ordine manus, seu palmae. XV.

De interrogatione cur gamma potius fuit posita in loco pollicis, quam in alia iunctura.

XVI.

[signum] De littera quae uocatur b rotundum. XVII.

[signum] De litteris grauibus, acutis, et superacutis. XVIII.

[-136.-] [signum] De litteris quae sunt in linea, et in spatio. XIX.
[signum] De littera quae uocatur. A. XX.
De littera quae uocatur. [sqb]. XX.
De littera quae uocatur. C XXII.
De littera quae uocatur. D XXIII.
De littera quae uocatur. E XXIV.
De littera quae uocatur. F XXV.
De littera quae uocatur. G XXVI.
De lineis, et spatijs. Primo. XXVI.
De clauibus quae sunt in manu Guidonis. Secundo. XXVI.
De uocibus quae sunt in tota arte Musicae. XXVIII.
De diuisione uocum. XXIX.
De interrogatione, quae est ratio quod in tota arte Musices non sunt nisi sex uoces. XXX.
De interrogatione quomodo formatur modus istarum sex uocum. XXXi.
De Sillabis, et proprietatibus earum. XXXII.
De naturis predictarum notarum, seù sillabarum. XXXIII.
De deductionibus in cantu. XXXIV.
De proprietatibus cantus. XXXV.
De mutationibus. XXXVI.
De b molle, quare inuentum fuit. XXXVII.
De causa tritoni. XXXVIII.
[-137.-] De Coniunctionibus uocum quae sint in musica. XXIX
De consonantijs in cantu plano. XXXX.
De unisono. XLI
De tono, et de eius speciebus. XLII
De semitono maiori, et minori XLIII
De semitono maiori. XLIV
De Ditono et de eius speciebus. XLV
De semiditono, et de eius speciebus XLVI
De Diathesaron, et de eius speciebus. XLVII
De Diapente, et de eius speciebus. XLVIII
De diapente imperfecto. XLVIII
De Diapente superfluo. L.
[signum] De exacordo maiori. LI.
[signum] De exacordo minori. LII.
[signum] De eptacordo maiori. LIII.
[signum] De eptacordo minori. LIV.
De consonantia Diapason. LV.
[signum] De Diapason imperfecto, et superfluo. LVI.
De tropi, seù toni descriptione seù de modis, siue de tonis. LVII.
De Cantibus qui non possunt perficere cursum circa finales cordas. LVIII.
Quomodo predicti tropi modi, siue toni ex supernominatis speciebus silicet Diathesaron
Diapente [N infra lin.] [-138.-] ac Diapason constituentur ac formantur LIX.
De Deutero tono. LX.
De trito tropo, siue tono. LXI.
De tetrardo tropo, siue tono LXII.
[signum] De supradictis tropis quomodo aliqui sunt perfecti, aliqui imperfecti, aliqui
plusquam perfecti, aliqui mixti, et aliqui commixti; aliqui regulares, et aliqui irregulares.
LXIII.
De tonis plusquam perfectis. LXIV.

De tonis mixtis. LXV.
De tonis commixtis. LXVI.
De tonis regularibus, et irregularibus. LVII.
De tonis comunibus. LXVIII.
De terminis tonorum Antiphonarum. LXIX.
De modo intonandi. LXX.
De terminis tonorum in Responsorijs. LXXI.
De terminis tonorum in Introitibus. LXXII.
De modo cantandi, seù intonandi in choro secundum Guidonem. LXXIII.
De ficta Musica. LXXIV
De coniunctis in cantu plano. LXXV.
De prima coniuncta. LXXVI
De secunda coniuncta. LXXVII
De tertia coniuncta LXXVIII
[-139.-] De quarta coniuncta LXXIX
[signum] De quinta coniuncta. LXXX
De sexta coniuncta. LXXXI
De septima coniuncta. LXXXII
De octava coniuncta. LXXXIII
De nona coniuncta. LXXXIV
[signum] De decima coniuncta. LXXXV
De Vndecima coniuncta. LXXXVI
De Duodecima coniuncta. LXXXVII
De tertia decima coniuncta. LXXXVIII
De quarta decima, et decima septima coniuncta. LXXXIX.
De quinta decima coniuncta. XC.
[signum] De sexta decima coniuncta. XCI